



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis**

In Quatuor Partes Distributæ

In qua de Incarnatione Verbi & Mysteriis vitæ Christi, nec non de  
Sacramentis in genere & singulis in specie succinctè & dilucidè tractatur

**Herincx, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1675**

Tractatus V. De Sponsalibus Et Matrimonio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72963](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72963)



TRACTATUS V  
D E  
SPONSALIBUS  
E T  
MATRIMONIO



*H*ic est ultimus Summa nostra Theologica Tractatus, non modica utilitatis, quoad praxim praesertim. De ejus vero materia copiose & docte scripsit Thomas Sanchez. Post eum alii, signanter Basilius Pontius. Nos pro instituti nostri ratione succincte selectiora magisq; proficua solum trademus. Et primo quidem de Sponsalibus agere proposuimus, quod ipsa sint ordinarium Contractus, adeoque Sacramenti Matrimonii pambulum. Deinde quamvis de ipso Sacramento Matrimonii sit proprius hic locus tractandi, pariter tamen ea trademus more consueto, quae ipsum concernunt contractum, ab ipso Sacramento essentialiter praesuppositum.

## DISPUTATIO PRIMÁ.

## De Sponsalibus.

## QUESTIO I.

*Quid sint Sponsalia, qualiter contrahantur & obligent?*

*I. Sponsalia tripliciter accipiuntur.*

*Quia significant sponsalia de praesenti.*

**S**PONSALIA tripliciter accipi solent. Primò, pro donis quae sponsis conferri solent, ut 1. Reg. 18. Non habet Rex Sponsalia necesse, nisi tantum centum praepuscia Philistinorum. Secundò pro ipso contractu Matrimonii, antequam accedat consummatio, & vocari solent Sponsalia de praesenti. Similiter ipsi contrahentes vocantur sponsi. Immo vulgò sic appellantur etiam post consummationem Matrimonii recens contracti, durante saltem solemnitate nuptiarum. Tertiò & u-

titatiùs Sponsalia accipiuntur pro contractu praevio ad Matrimonium, scilicet pro promissione Matrimonii, dicunturque Sponsalia de futuro. Ut enim tradit *Spina* L. 2. ff. de Sponsal. Sponsalia dicta sunt a spondendo. Nam moris fuit Veteribus stipulari & spondere sibi uxores futuras. Unde (ut dicitur *Lege 3. eod. Tit.*) & sponsi sponsaque appellatio nata est. Et quidem pater, aut is qui puellam viro spondebat, sponsus, quae spondebatur, sponsa, si despondebatur, sponsus vocabatur. Quamvis etiam tertius sponsor non interveniat, adhuc se sibi alterutrum spondentes rectè sponsus & sponsa vocabantur. De Sponsalibus tertio modo sumptis hic est sermo.

Solent autem Sponsalia definiiri futura- rum nuptiarum, aut tua promissio seu spon- sio. Su-



fio. Sumitur ex L. 1. ff. de Sponsal. ubi dicuntur mentio & repromissio nuptiarum futurarum. Quare constat apud omnes Sponsalia esse contractum onerosum, adeoque exigere ultrò citroque seu in singulis contrahentium æquam aut mutuam obligationem. Ideoque parte nolente repromittere non subsistit obligatio prioris. Estque hæc mens præsumenda, nisi constet de contraria. Alioquin ex intentione spondentis posset hæc obligatio claudicare, ut ( si ita vellet, idque satis exprimeret ) ipse se obligaret atque reciproca obligatione partis: quidquid dicat Vasquez d. 4. de Matrim. l. 3. & quidam alii. Si enim possit quis se obligare per liberalem & gratuitam promissionem ad aliquid aliud; cur non ad Matrimonium? Sic namque posset quis liberaliter promittendo se obligare ad vendendum alteri domum, etsi hic non se obliget vicissim ad emendum. Sic fatente ipso Vasquez supra deflorator virginis sub spe conjugii tenetur eam ducere; ad quod tamen ipsa non tenetur. Immo fatetur, quod promittens alteri Matrimonium, concessio tempore ad deliberandum, obligetur illud tempus expectare, nec possit interea promissionem revocare, & tamen altera non tenetur.

Eadem ratione posset fieri promissio, etiam utrimque, sub solo veniali, vel tantum ad pœnam: nam conditio obligationis pendet ex voluntate contrahentium. Sicut etiam potest legislator in materia gravi leviter vel ad solam pœnam obligare. Et magis ad propositum potest quis materiam gravem sic voveri seu promittere Deo.

Tamen ejusmodi promissiones non sunt vera Sponsalia, nec incurrunt impedimentum dirimens publicæ honestatis: quia non sunt promissiones onerosæ reciproca, obligantes saltem secundum capacitatem & naturam materiæ: de quibus solum agitur, dum de Sponsalibus est sermo.

Sed adhuc dubitari posset, an acceptatio promissionis Matrimonii factæ ordinatio modo & sensu, censetur esse eo ipso repromissio. Affirmat Vasquez supra & Basilius Pontius l. 12. de Matrim. cap. 4. num. 2. Perique alii negant, ob hoc, quod acceptatio sit tantum admissio fidei alterius; quæ non est eo ipso reciproca fidei datio, quin immo potest esse, cum expressa voluntate contraria. Verum restat apud me difficultas in favorem prioris sententiæ, quod etsi dari possit promissio Matrimonii gratuita, cujus proinde acceptatio non sit repromissio, tamen promissio sponsalitia, aut quæ ordinariè fit, de se sit onerosa, q. d. Promitto, ut promittas. Sicut etsi donatio sit contractus gratuitus, tamen contractus innominatus, Do, ut des, est ex natura sua mutuus & onerosus; non minus, quam venditio, quæ est donatio mercis pro pretio.

Unde sicut acceptatio venditionis, eo ipso est emptio, & acceptatio contractus innominati Do, ut des, est reciproca datio; sic videtur debere acceptatio promissionis onerosæ, quæ nascitur tali mente fieri, cœnsi similiter repromissio; nisi modus acceptandi contrarium mentem significet. Quo casu consequenter promissio non habet vires obligandi ipsum promittentem: qui ( ut supponitur ) non gratuitam, sed onerosam promissionem facere intendit.

Imitantur autem Sponsalia naturam Matrimonii in hoc, quod sint unius cum una determinata. Unde si quis communitati puellarum promittat se ducturum unam ex illis, & hæc repromittant, non sunt vera sponsalia, nec inducitur impedimentum publicæ honestatis. Patet ex c. Unico de Sponsal. in 6. Tali autem casu electio est penes ipsum promissorem, sicut in quacunque alia promissione alternativa, juxta Reg. in alternativis 70. Juris in 6. & L. Plerumque ff. de Jure dotium. Quare si promissio inceperit à parte puellarum, electio est penes patrem, debetque repromittens ducere quam pater determinat: si inceperit à sponso, electio est penes ipsum. Positâ verò electione statim inducitur publica honestas: cum tunc promissio fiat absoluta & determinata; sicut dum purificatur conditio in promissione conditionata. Teneturque electioni consentire ea, quæ eligitur: cum singulæ fecerint repromissionem, ut supponitur.

Sponsalia porro iniri posse sub conditione futura, instar aliarum promissionum indubitatum est. Et quidem pendente conditione non obligant, nisi ad hoc, ut expectetur conditionis eventus, & sine justa causa alteruter interim non resiliat alterâ parte invitâ. Neque etiam oritur interea impedimentum publicæ honestatis c. 1. de Sponsal. in 6.

Impletâ tamen conditione, etsi non sciatur quò sit impleta, perficiuntur sponsalia, quàmvis etiam non accedat novus consensus; adeoque eo ipso resultat impedimentum publicæ honestatis, ut ex c. vit. satis colligitur: nam hoc ipso transit contractus in absolutum, uti propositio conditionata sic transit in absolutam. Neque contradicunt etiam ii Doctores, qui alioquin in Matrimonio conditionato requirunt consensum novum, ob speciales difficultates in sponsalibus locum non habentes.

Eodem modo sponsalia etiam ante eventum conditionis fiunt absoluta, statim five eo ipso, quo sponsi à conditione recedunt, non aliter, quàm si conditio ab initio non fuisset apposta.

Dubatur autem, an habentes impedimentum canonicum, v. g. consanguinitatis vel affinitatis, si dicant, Promitto, me tecum initurum Matrimonium, si Pontifex dispensat

Si sit promissio sponsalitia aebet se unius cum una determinata.

Cujus sit electio in casu promissionis succedat unam de filiabus sponsalium.

Electio possit exurgunt sponsalia.

Sponsalia suo conditione iniri ad quid obligent.

Impletâ conditione transit in absolutum eo ipso.

Vis etiam, si sponsi à conditione recedant.

7.



Inita inter  
impeditos  
sub conditi-  
one, si Papa  
dispensaverit,  
valens  
probabiliter,  
obvenit à dis-  
pensatione.

Probatum,

Es simul oc-  
curritur  
objectioni.

8.  
Aliis obje-  
ctionibus  
satisfit.

9.  
Quid cen-  
sandum de  
sponsalibus  
invis sub  
conditione  
turpi aut  
impossibili.

dispensaverit; contrahant sponsalia, quæ va-  
leant, dispensatione impetrata? *Henricus*  
*Barbosa*, & plures alii censent non valere,  
& integrum esse partibus, tam ante, quam  
post dispensationem, resilire: idque proba-  
bile putat *Sanchez* l. 5. d. 5. num. 5. At proba-  
bilis est valere, nec posse unam partem in-  
vitâ alterâ resilire, ut docent plurimi apud  
*Sanchez* sup. num. 12. Ratio est: quia est pro-  
missio de re licita & possibili, ac inter fide-  
les consueta; quæ etiam posset firmari ju-  
ramento, utique obligatorio, dum respicit  
rem licitam. Deinde quia conditio pendens  
à voluntate principis non debet censerî im-  
possibilis (ut supponunt alii pro fundamen-  
to suæ conclusionis) quando princeps po-  
test, aut saltem solet aliquando eam pone-  
re. Unde posita dispensatione sponsalia sunt  
pura, & pariunt impedimentum publicæ  
honestatis.

Nec obstat, quod malit Ecclesia dispen-  
sationem non peti: quia mavult id quidem  
per se loquendo; maximè tamen vult, ut id  
fiat, dum quis se legitime obligavit. Uti id  
mallet, si ego v. g. promississem alteri pete-  
re pro ipsa rationabilem dispensationem: ad  
quod sanè vi promissionis obligarer. Unde  
etiam Ecclesia urgetur per se loquendo ta-  
les ad implendum promissum & conditio-  
nem: nisi hanc facere mallet impossibilem  
negando dispensationem.

Non obstat etiam, quod possit quis post  
promissionem sub tali conditione factam  
non petere dispensationem in voto Religio-  
nis: quia semper manet potestas transeundi  
ad statum altiorem; unde etiam post spon-  
salia absolute inita posset votum illud de  
novo emitte. Idem multi censent de voto  
simplicis castitatis. Verùm sicut probabiliter  
iuxta infra dicenda hoc votum non dis-  
solvit sponsalia contracta, neque post illa li-  
cité emittitur; sic non videtur obesse valo-  
ri sponsalium initorum sub conditione, si  
Papa dispensaverit, in casu videlicet, quo ju-  
sta subesset causa dispensandi; quæ ad hoc  
ut dispensatio foret valida, requiritur.

Quod si sponsalia ineanur sub conditio-  
ne de futuro turpi vel impossibili, juxta sa-  
tis communem sententiam, ejusmodi con-  
ditio habenda est pro non adjecta: adeoque  
ipsa absolute obligant. Verùm existimo  
standum esse contrahentium intentioni; a-  
deoque sponsalia contracta sub conditione  
impossibili serio apposita nullatenus valere:  
contracta verò sub conditione turpi non o-  
bligare quidem ante eventum conditio-  
nis, sed solum post conditionem im-  
pletam oriri obligationem & impedi-  
mentum publicæ honestatis, si partes an-  
te non resilierint. Ita *Rebellus*, *Basiliius Pon-  
zius* & alii. Ratio est: quia hæ conditiones  
non rejiciuntur ex natura rei in contracti-  
bus: quinimmo ex natura rei conditio im-  
possibilis contractui adjecta illam vitiat, tur-

pis verò obligationem suspendit. Neque et-  
iam rejiciuntur ex jure positivo. Nam *de  
fin. de conditionibus apposis* (quod solum alle-  
gatur) tantum est sermo de contractu ma-  
trimonialî, nec debet necessariò extendi ad  
contractum sponsalium. Deinde (ut alias  
explicationes omittam) solum loquitur  
quoad præsumptionem fori externi, sal-  
tem quando est dubium, an conditio fuerit  
serio, an joco apposita.

Quod ad obligationem sponsalium atti-  
net, certum est apud Omnes, eam esse gra-  
vem & sub mortali. Ratio est: quia etiam si  
promissio simplex seu gratuita non obliga-  
ret graviter (ut Varii putant) certum ta-  
men est, graviter in materia gravi obligare  
contractum promissorium mutuum & o-  
nerosum, qualis hic est. Quod si in con-  
tractu sponsalium tempus inveniendi Matri-  
monii sit determinatum, non potest ultra  
illud cessante causâ juxta Matrimonium  
differri, nisi partes consentiant. Quod si  
tempus non sit determinatum, non licet  
differre ultra tempus ordinarium in talî re-  
gione. Si pars alterutra nolit sponsalia legi-  
time contracta implere, potest cogi per judi-  
cem: cum pars ex justitia ad implendum o-  
bligetur. Idemque patet ex *l. Ex Literis Sil-  
vani* 10. de Sponsal. ubi licet agatur de spon-  
saliis juratis, idem tamen videtur de non  
juratis, quidquid aliqui sine sufficienti ra-  
tione distinguunt. Quia tamen coactio dif-  
ficiles solet habere exitus, pars implere  
nolens potius est monenda, quam cogenda,  
ut dicitur c. *Requisit* eod. tit. Unde si gravi-  
ora mala merito timeantur, erit præsentis  
judicis à coactione desistere, immo (ut ait  
*Præpositus* q. 9. dub. 2. §. 3. consultus erit, ob-  
stinatè nolentem adimplere sponsalia à cen-  
sura jam inflicta absolvere. Videtur autem  
id remittendum arbitrio judicis: qui alio-  
quin in rigore loquendo omnino potest et-  
iam nolentem per poenas compellere, ma-  
ximè quando sponsalia fuerunt jurata.

Petes: An sponsus de futuro ratione Spon-  
salium sint licita oscula aliique tactus, &  
amplexus? Resp. in primis tactus impu-  
cos esse sponsis omnino illicitos. Hic cer-  
tum apud omnes: quia sunt per se nimis tur-  
pes, & nimis propinqua dispositio ad copu-  
lam, quæ tunc eis non licet. Deinde tactus  
alioquin honesti, oscula & amplexus, si  
queratur delectatio ex illis surgens et si  
sint in sponsis venialia, tamen juxta valde  
multos Doctores non sunt mortalia, sed  
saltem pollutionis aut fornicationis peri-  
culo. Addunt Nonnulli, dummodo non fi-  
ant cum notabili commotione carnis, eò  
quod sic valde accedant & propinquant ad  
copulam. Ratio assignari potest: quia sicut  
sponsalia sunt quedam inchoatio Matrimo-  
nii, sic videntur licitos facere tactus, qui  
sunt remota quedam copulæ inchoatio.

Nihilominus contrarium est tutius & re-  
netur



tenendum, scilicet sponsis nullos actus vel oscula magis licere, quam aliis, sed illa solum, quae honestas & amor mutuus fovendus requirant. Ad quem proinde finem licite adhibentur, quantumvis inde carnis commotio sequatur, si non adsit periculum consensûs in veream delectatione. Ratio est, quod ipsi, uti & aliis quibuscumque in tali statu illicita sit copula, adeoque etiam venereæ ad illam dispositiones. Deinde inchoatio contractûs non tribuit jus ad usum rei, de qua est contractûs.

QUÆSTIO II.

*Qualem Consensum requirant Sponsalia, & qualiter expressum?*

AD Sponsalia non sufficit in primis factus consensus, etsi factus sit merè interna, sed requiritur voluntas seriò promittendi, adeoque se obligandi. Ita plerique Doctores contra Valquez, Basilium Pontium & quosdam alios existimantes sufficere in contractibus humanis, (excepto Matrimonio) intentionem veram debitam, dum actiones externæ heteroqui clamant negotium seriò peragi: eò quod tales contractus humani humano modo celebrati sufficiant ad transferendum jus in alterum: sint autem taliter celebrati, eo ipso quod v.g. verba promissionis sunt spontaneè expressa cù reliquis sensibiliter requisitis ad celebrandum talem contractum.

Sed hi Auctores manifestè petunt principium. Hoc enim ipsum contendimus ad translationem juris mediante contractu non sufficere, si desit interna transferenti intentio. Nam cum obligatio consequens promissionem aut alios contractus non imponatur à superiore, aut ab extrinseco, sed oritur ex propria voluntate promittentis seu contrahentis, hæc deficiente non subsistit obligatio seu valor in foro interno. Prout ideoque similiter in voto seu promissionis Deo facta, etiam per solemnem professionem, requiritur interna & vera intentio. Quæ etiam adeò necessaria est ad alios actus humani convictus, v.g. Sacramenta & Sacrificium, ut his obsit fictio, etsi merè interna, ne valeant. Quemadmodum quoque interna legislatoris intentio ad obligationem inducendam sic requiritur, ut ea deficiente non ponatur, eidemque proportionetur obligationis gravitas vel levitas. Denique consensus debitus non est verus consensus: jura autem constanter requirunt in pactis verum & mutuum animorum consensus; immo L. 1. ff. de Pactis & alibi pactio seu pactum describitur, duorum vel plurium consensus. Potuisset quidem defectus interni consensûs in con-

tractibus, Matrimonio excepto, quodam sensu per dominium altum Reipublice suppleri: non constat tamen id esse factum; minus autem, ut sine eo staret verus contractus; quod quidem postremum Republica facere non posset.

Aliud est de detractone; ad quam planè satis est prolatio verborum manifestantium crimen proximi; adeoque non requiritur intentio distincta à voluntate liberè proferendi verba: quæ sola ingerunt audienti notitiam existimationis bonæ destruitivam. Similiter obligatur quidem promittens habere animum conformem verbis, dum verba profert; sicut aliquid asserens debet ex supposito asserere conforme objecto & suæ opinioni, ne aut falsum dicat, aut mentiatur: si tamen jam fictè loutus sit sive promiserit, obligatio non sequitur.

Et quidem graviter in præsentì obligatur ad habendam mentem conformem verbis; utpote decipiens alioquin proximum in re gravi. Quod cessat dum fictionem suam satis prodit. Excipe etiam, quando vi vel metu cogitur fingere, sicque ad evadendam injuriam sibi illatam, damnumque consequens, verba profert tantum exterius. Unde (ut Varii notant) ne veniale quidem erit, si justa æquivocatio accedat. Quare qui cum indebita fictione interna promisit alteri Matrimonium, hæc seriò repromittente, obligatur ad evitanda seu reparanda damna vel scandala, & quatenus in hunc finem foret necessarium, teneretur eam ducere. Unde si sit femina malæ famæ, quæ proinde nullum damnum patitur, non obligatur fictè promittens eam ducere, sed satisfaciet solvendo pretium copulæ, si illa femina consueverat usuram corporis sui pro pretio concedere.

Debet quoque promissio sponsalitia esse externa, sufficiensque ad denotandam veram promissionem: adeò ut non valeat si signa exteriora non satis significant sive exprimant invicem mutuum interiorum consensus: prout in simili casu etiam non valeret matrimonium aut alius contractus humanus. Nec aliqua verba determinata requiruntur, sed sufficiunt quælibet, quæ præfatum consensus satis exprimant ipsis contrahentibus, tamen aliis non significant. Quamvis in foro externo standum sit communi verborum intelligentiæ, & sensui, quem solent rectè intelligentibus generare, juxta c. Ex litteris 7. de Sponsalibus & omnes Doctores. Quod locum habet, etiam si dubitetur de intentione & consensu: nam etiam tunc sententia ferenda est in favorem Sponsalium & Matrimonii juxta verborum tenorem, ut rectè probat Sanchez l. 1. d. 9. num. 13. Si autem & ipsa verba seu signa expressiva consensûs sint dubia, sic ut ne quidem attentis parti-

13. Occurritur objectionibus.

14. Contractus sponsalia graviter peccant fingendo.

15. Promissio sponsalitia debet esse sufficienter expressa.

Qualiter sit standum communi verborum intelligentiæ.



Qualiter  
interpretati-  
oni ipso-  
rum profes-  
sionum.

cularibus circumstantiis satis queat constare de sensu, utrimque ambiguo, standum videtur interpretationi profertentium, etiam in foro externo: quia dum verba utriusque sensum possunt recipere, credendum est, quod quisque explicaverit. Si verò & ipse profertens tunc sit dubius de suo sensu, non debet se habere pro obligato: quia est in possessione libertatis; & in obscuris minimum est sequendum. Deinde in hoc casu non adest externum signum sufficienter expressivum interioris consensûs; quod æquè necessarium est ad contractûs obligationem, sicuti ipse interior consensus.

16.  
Varia spon-  
salium for-  
mula alle-  
gantur.

Verba porrò denotantia sufficienter promissionem & obligationem sunt v. g. Promitto, Me obligo, Do tibi fidem meam, Habeas me pro infido, pro infami, pro proditore, nisi te ducam, Sub fide mea te ducam; & si quæ sint similia. Si dicat, Non ducam aliam nisi te, quàm te, præter te, sensus est exclusivus de aliis ducendis; vel ad summum conditionalis affirmativus de ducenda tali, si aliquam ducat, juxta Covarruvias, Sanchez, Pontium & alios. Sed verba ista importare per se sensum affirmativum & absolutum de ducenda tali, & negativum de aliis, ob regulam, secundum quam exponitur propositio exceptiva, v. g. Nullus currit nisi Petrus, id est, Petrus currit, & alii non currunt: censet Petrus & Bartholomæus Ledesma & alii. Proinde esse ambiguum resolvit Aversa quæst. 8. sect. 3. Ubi etiam docet hæc verba, Accipiam seu ducam te in conjugem meam, in præsentia materia haberi ex communi sensu tamquam promissiva & obligatoria; nisi aliud constet ex circumstantiis aut explicatione partium. Ideoque tamquam verba consueta ad perficiendum sponsalia, adferuntur à D. Thoma 4. dist. 27. q. 2. art. 1. In rigore tamen satis verificantur in simplici proposito, q. d. Intendo seu propono ducere te.

17.  
Qua signa  
à verbis dis-  
tincta suf-  
ficiant.

Inter alia signa sufficientia ad sponsalia sunt, porrigere & tangere invicem manus in signum datæ fidei, immissio annuli in digitum in eundem finem, missio & acceptatio munerum juxta morem sponsorum, præcedente tractatu matrimonii. Item quando filii præsentem, parentibus aut tutoribus eorum nomine promittentibus, tacent & non contradicunt, ex c. Vnic. de Spon. impub. in 6. Idem censetur signum sufficiens, quando filii absentes, aut tunc infantes, postea advenientes, aut septennium complentes, id expressè vel tacitè ratificant, ut habetur c. Vnic. cit. Quæ tacita ratificatio fiet quoque per alia signa, v. g. cohabitationem, visitationem, amplexus & oscula, si se sponfos appellent, vel per similia inter sponfos consueta. Fieri quoque per solam taciturnitatem, quando filii ab iisdem parentibus ediscunt promissionem pro iis factam, admittit Covinck d. 21. dub. 3. num. 39.

Potes, an si impuberes attentent contra- here matrimonium per verba de præsentia, Contrahere matrimonium istud saltem habeat vim sponsalium? Resp. Affirm. ex c. Tua nobis de Spon. impub. ibi: Procul dubio inter eos non conjugium, sed sponsalia contracta fuerunt. Et c. unic. eod. tit. in 6. ibi: Idem si pubes & impubes vel duo impuberes..... per verba contractaverint de præsentia: Sponsalia enim illa juris interpretatione tantum fuerunt sponsalia de futuro. Et infra: Per dictum tamen contractum, qui valuit ut punit, non sicuti agebat, in publica honestatis iustitia est inane. Quod adeo verum est, ut etiam si inretur clandestine, adhuc haberet vim sponsalium. Ratio est: quia contractus ille solum est sponsalium; Sponsalia autem clandestina, etiam post Tridentinum, non sunt invalida. Quare Trident. sess. 24. c. 1. decernens matrimonia clandestina esse irrita, tantum agit de matrimoniis alioquin validis; matrimonium autem impuberum tum non erat validum in ratione matrimonii, sed tantum sponsalium. Unde sic declararunt Cardinales, ut ex Rebello refert Præpositus quæstione 4. dub. 5.

Verum quia è contra Tridentinum supra ejusmodi contractus à puberibus clandestinè initos decernit esse irritos & nullos, ipsosque contrahentes ad sic contrahendum omnino reddit inhabiles, Rodriguez, Sanchez, Præpositus supra & alii passim existimant, matrimonium clandestinum puberum ne quidem habere vim sponsalium. Pro quo etiam adfertur Declaratio Cardinalium ad locum Tridentini citatum, & Matrimonium contractum coram testibus. Præterea jus id nullibi ordinat. Insuper contractus, qui non valet ut fit, ad hoc ut valeat eo modo quo valere potest, non debet inagere defectum ex parte formæ, sed solum ex parte causæ efficientis, ut cum Barolo & aliis probat Sanchez lib. 1. disp. 20. Immo non currit, quando jus resistit contractui, etiam si sit alioquin servata forma legitima arg. c. Quod in dubiis, De renuntiat. & probat Sanchez supra. Matrimonium autem clandestinum puberum deficit ex parte formæ, etique jus omnino resistit, ut patet ex Tridentino supra. Quare etiam Judices in foro externo nullum jus sponsalium ex tali contractu relinqui arbitrarentur. Addunt nonnulli (& probabile censet Præpositus quæst. 4. dub. 5. num. 27.) ne quidem impuberes ex contractu matrimonii obligari velut ex sponsalibus propriè dictis, sed tamquam talibus juris interpretatione, quatenus jus statuit, inde oriri publicam honestatem, ac ipsos impuberes à contractu præfatto non posse ante annos pubertatis etiam mutuo consensu resilire. Jus autem similem effectum contractui matrimoniali puberum, si sit invalidus, non adscribit. De cetero difficile mihi apparet (quod tamen aliis judicandum relinquo) in contractu matrimoniali seu



seu consensu invalido de presenti involvi-  
tate eo ipso velut ex natura rei promissio-  
nem de futuro valide contrahendi: cum  
promissio matrimonii sit planè alius actus,  
alterius objecti; fiatque per distinctum  
omnino consensum: ex natura verò rei ac-  
tus invalidus prout agitur, valeat quidem  
abeat, quantum valere potest idem actus,  
non autem quantum alius actus. Ob quod  
deus invalidè alteri agrum non censetur  
obligatus veluti ex promissione inclusa  
postea facere validam donationem.

QUÆSTIO III.

De Libertate, Aetate, & Solemnitate requisita ad Sponsalia.

PRIMò requiritur ad sponsalia delibera-  
tio & libertas indifferentiæ in mate-  
ria proportionata sufficiens ad moraliter  
peccandum, ut apud omnes est indubita-  
tum. Error autem five dolus, si versetur  
circa substantiam contractus, inducit irri-  
tat illum ipso facto, uti ceteros contractus.  
Si verò versetur circa qualitatem sufficien-  
tem ad rescidenda sponsalia, manet penes  
errantem seu deceptam facultas ea rescin-  
dendi. Immo *Aversa* q. 8. sect. 4. & plures  
alii censent etiam tunc esse ipso facto irrita  
ex l. *Et eleganter ff. de Dolo*. Sed non satis solide,  
attento exemplo aliorum contractuum,  
immo ipsius matrimonii. Quare leges a-  
perte dant actionem ex contractu per do-  
lum alterius inuito ubi autem datur actio,  
contractus valet. Neque urget Lex in op-  
positum adducta: agitur enim in ea de mi-  
norenni per dolum decepto ut venderet  
servum; cuius contractus, quo absque de-  
creto iudicis non talem alienat, est omnino  
nullus l. *In causa cognitione* 2. §. *item relatum*  
*ff. de minoribus*. Et quidem agitur de emp-  
tione, cui causam dederat dolus tertii: quo  
casu utique non est irrita in aliis; sed tan-  
tum in minorenni ob defectum decreti.  
Præterea ipse *Aversa* fatetur sponsalia non  
esse ipso facto irrita (utpote quod nullà le-  
ge est cautum) sed tantum iustè rescindi-  
bilia, quando pars contrahens non decepit,  
sed alter suâ imprudentiâ aut ignorantia  
deceptus est. Similiter non censeri irrita,  
quando alter dolo aut errore, qui suberat,  
non est inductus; sed paratus erat inire spon-  
salia etiam cognita veritate. Qui error seu  
ignorantia à Juristis dicitur concomitans,  
quia non est causa operis. Si quis verò du-  
bitet, an si scivisset veritatem, voluisset  
contrahere, & causa tam gravis adest, quæ  
ad dissolvenda sponsalia sufficiat; is (in-  
quam) nisi sit certus de voluntate contra-  
ria, eo ipso debet se habere velut indu-  
ctum tali dolo aut errore ad contrahen-  
dum; sequè aliàs non fuisse contracturum.

Quare dolo seu errore detecto potest de-  
ceptus à Sponsalibus rescilire.

De metu gravi injustè incusso videtur  
communis sententia Doctorum, eum spon-  
salia reddere ipso facto irrita, argumento  
ipsius matrimonii, quòd talis metus reddit  
irritum. Quod Doctores passim ampliant,  
etsi fuissent juramento firmata, ita ut nec  
opus sit relaxatione juramenti. Et quidem  
in hoc ipso apparet quædam repugnantia,  
ut quis metu coactus promittere & jura-  
re futurum matrimonium, tali promissione  
& juramento obligetur se ipsâ contrahere  
matrimonium, quod ex hujusmodi metu  
celebratum foret invalidum. Ad quod et-  
iam communiter allegatur e. *Ex litteris, de*  
*Despons. impub.* ubi *Vribanus III.* de puella,  
quæ jurata fuerat & desponsata impuberi,  
irrita tamen minis parentum impulsâ, re-  
scribit Archiepiscopo Pisano: *Ei accipiendi*  
*alium virum liberam tribuas facultatem*, non  
expectatâ necessariò, ut præmittitur, alte-  
rius pubertate. Inde tamen non sumitur  
firmum argumentum: tum quia posset hoc  
jus explicari de irritatione faciendâ per ju-  
dicem. Tum quia jus allegatum fortè lo-  
quitur de sponsalibus metu contractis per  
verba de presenti inter puberem puellam  
& impuberem masculum (ut explicat *Di-*  
*castillo d. 1. dub. 22.*) tale enim matrimonium  
non transit in sponsalia de futuro; sed illud  
tantum, quod nisi obtaret ætas, foret ex  
parte consensûs validum matrimonium;  
cui soli jus tribuit vim sponsalium. Quem-  
admodum etiam matrimonium puberum  
metu contractum, non haberet vim spon-  
salium, esto alioquin hæc metu contracta  
forent valida. Sunt nihilominus varii Do-  
ctores (inter quos *Lessius l. 2. de Instir. cap.*  
*17. num. 37.* & *Sylvius q. 47. Supplem. art. 3.*  
*questio 1.* alios citans) qui sponsalia metu  
contracta censent irritabilia quidem, non  
tamen ipso facto irrita. Quæ proinde in-  
ducerent impedimentum duplicè hone-  
statis: etsi hoc quoque putet *Lessius* negari  
posse.

Ex dictis consequens est per hujusmodi  
sponsalia non induci impedimentum pu-  
blicæ honestatis. Quod tamen inducitur,  
si metus sit levis; ex quo si fiant sponsalia,  
non sunt ipso facto irrita. Quàmvis etiam  
hæc possint rescindi; & quidem juxta *Sax-*  
*thæ l. 4. d. 19. num. 6.* & alios, propriâ au-  
thoritate metum passi, etsi alioquin in foro  
externo non competat ei actio vel excep-  
tio: quia & metum incutiens tenetur in  
conscientia relaxare fidem metu extortam,  
& ipse metum passus, potest eam sibi re-  
sumere.

Secundò jure naturæ ad contrahenda  
sponsalia non requiritur certa ætas, sed  
sufficit usus rationis, ut patet. At jure  
Ecclesiastico ad eorum valorem requiri-  
tur septennium completum. Patet ex

21.  
Metus gra-  
vis injustè  
non irritat  
ipso facto.

22.  
Quid de  
metu levi.

23.  
Iure Eccl-  
siastico ad  
contrahenda  
sponsalia  
requiritur  
Litte-



Litteras & c. Accedit, & c. Ad dissolvendum de Desponsal. impub. & cap. unic. eod. tit. in 6. ubi etiam declaratur citius non incurri impedimentum publicæ honestatis. Sufficit autem diem, quo annus septimus completur, esse inchoatum; prout ad testamenta conficienda sufficit ultimum diem ætatis requisitæ esse inchoatum l. Quæ ætat. ff. de Testam. adeoque potius in favorabilibus, quibusmodi sunt sponsalia aut matrimonium. Assignatur porro septennium completum, et quod tunc communiter præri sint compotes sufficientis usû rationis. Si qui hebetioris ingenii ætate illâ necdum sint eo præditi, sunt quoque incapaces sponsalium, ut patet. Tamen nisi id probetur, forum externum præsumet contrarium.

24.  
An citius  
contracta  
valeant,  
prudentiâ  
supplente  
ætatem,

Resolvitur,  
quod non.

An verò sponsalia contracta ante septennium sint valida, quando prudentia seu malitia supplet ætatem, variant Doctores. Affirmat probabiliter Sanchez lib. 1. d. 16. num. 9. & plures alii, eò quod causa invalidationis sit defectus consensus deliberati, scilicet præsumptus; ut colligitur ex c. unic. de Desponsal. impub. in 6. Negat Præpositus quest. 9. dub. 2. & plurimi alii. Idque videtur iuribus conformius, quæ absolute declarant sponsalia citius contracta esse irrita: nec sollicitè inquirunt de capacitate usû rationis; quod aliàs necesse foret, præsertim in ætate septennio vicina: uti idcirco indagatur potentia ad copulam id proximis pubertati, in quibus declarant jura malitiam supplere ætatem quoad contractionem matrimonii: quod etiam nullibi declarant de sponsalibus.

25.  
Satisfit fun-  
damento  
opposita  
sententia.

Ad fundamentum alterius opinionis dico, quod præsumptus defectus deliberati consensus in minori ætate sit quidem ratio legis, sed talis, ut propterea generaliter ipsa ordinet numquam sponsalia valere. Neque enim defectum istum præsumit in singulis casibus, sic ut si in illis præsumptio nitatur falsitate, lex cesset; sed saltem præsumit, ordinariè & regulariter illum natum esse deficere: ideoque certum pro incerto eligens facit minores septennio inhabiles ad contrahendum sponsalia, & publicam honestatem. Sic enim ob periculum natum subesse sæpè prohibetur generaliter, etiam sub poena nullitatis, aliquid fieri. Aliud est de matrimonio: quia jus ibi hoc declarat & vult; hic non, sed potius declarat oppositum. Ut proinde locum non habeat, quod ex l. Oratio ff. de Sponsal. nonnulli arguunt, decreta de matrimonio tacitè extendi ad sponsalia. Quod alioquin etiam apertè absurdum est, si generaliter intelligatur. In l. cit. verò solum dicitur, quod interdicto aliquibus matrimonio, censeantur iisdem interdicta sponsalia inter se ineunda; utpote quæ forent promissio rei simpliciter inhibita, scilicet matrimonii inter se ineundi.

Explicatur  
l. Oratio  
ff. de Spon-  
sal.

Obiicit quoque posset l. In Sponsal. d. 1. ff. de Sponsal. quæ sic habet: In sponsalibus contrahentis ætas contrahendum definita non est, ut in matrimonio. Quapropter & a primordio ætatis sponsalia effici possunt, si modo id fieri ab utraque persona intelligatur. Id est, si non sint minores, quam septem annis. Sed facile respondetur eam Glossa ibi. eadem, quod non sit definita certa ætas, ut in matrimonio, id est eadem, quæ in matrimonio. Deinde non ut in matrimonio: quia minor est in illo definita ætas pro feminis, quam pro viris, qui seriùs pubescunt; in sponsalibus autem pro utrisque æqualis. Posteriora verba explicantur per illa, si non sint minores quam septem annis. Quod clariùs est expressum postea in Canonibus, quibus est magis deferendum in hæc: quidquid iuriscivile vetus decreverit. Denique si ob hebes ingenium non sit adhuc plenus usû rationis, equidem non valerent sponsalia. Propter hoc tamen non contingit deficere valorem matrimonii in ætate definita, nisi quis esset amens.

Tertiò ad valorem sponsalium non requiritur præsentia Parochi aut ullius testis, sed videntur etiam clandestinè contracta. Ita communiter Doctores: quia sine tali præsentia valebant ante Tridentinum; ipsi autem nihil circa sponsalia innovavit, cum solum loqueretur de matrimonio clandestino. Forma quidem una decreti apud Palavicinum l. 22. Hist. Trid. c. 4. n. 4. expresserat quoque Sponsalia clandestina: verum in forma postmodum à Concilio probata id studio est prætermisum. Idem sæpiùs declarat in Congregatio Cardinalium, ut patet ad sess. 24. c. 1. de Reform. matrim. Immo sponsalia sic inita esse licita, docent Doctores passim cum Sanchez lib. 1. d. 13. contra nonnullos, quia nec sunt illicita iure naturæ: nec etiam inveniuntur prohibita ullo iure positivo. Quæ etiam passim secretò contrahuntur, et postea renouentur aut notificentur coram Parocho, ut de obligatione constet in facie Ecclesiæ.

Observa tamen, quod Præpositus quest. 9. dub. 5. censeat quidem non requiri præsentiam Parochi, videri tamen grave peccatum, si nequidem unus testis interfit; idque ob mala, quæ sequi aliàs possent: nam v. g. non posset detegi impedimentum publicæ honestatis, non posset fidem frangens ab Ecclesia cogi. Sed ista ratio probaret esse illicita iure naturæ, sicut de facto. Immo id sequeretur potius de ipso matrimonio clandestino; idem quoque sequeretur de omnibus aliis contractibus. Denique non potest detegi Ecclesiæ impedimentum affinitatis ex copula sine teste habita & c. adeoque apponit Ecclesia impedimentum dirimens actioni, de qua non potest Ecclesiæ constare.

Quartò denique hic restat inquirendum, an poenæ vel arrhæ Sponsalibus apponi deprecantur.



queant. Et quidem quoad poenas laes con-  
stat adjectionem earum non esse irritam  
vel illicitam jure naturæ. Deinde etiam  
constat poenam appositam non debere sol-  
vi ab eo, qui ex justa causa resilit. Deni-  
que satis conveniunt Doctores, quod ap-  
positio poenæ non sit grave peccatum, sed  
ad summum veniale juxta multos: quàm-  
vis pauci velint esse mortale. Sed difficul-  
tas est, an poena sit solvenda ab eo, qui fidem  
sine justa causa violat?

Respondeo attento jure communi alem  
in neutro foro debere solvi. Ita communi-  
ter Doctores contra *Cominck d. 22. dub. 5.*  
quem sequitur *Diana & alii* quidam recen-  
tiores. Probatur ex *L. Titia ff. de Verborum*  
*obligat.* & præcipue ex *L. Mulier §. C. de Spons.*  
Item ex jure Canonico *c. Gemma, de Sponsal.*  
ubi etsi agatur de sponsalium invalido-  
rum, à quibus justè poterat resiliiri; tamen  
Pontifex non fundat decisionem suam in  
hoc, sed in appositione poenæ generaliter  
inhibita; & allegat rationem generalem,  
scilicet quod Matrimonia debeant esse li-  
bera?

Dices I. Legi *Mulier* est derogatum per  
*Novellam 18. Leonis Imperatoris.* Resp.  
*Novellas ipsius Imperatoris non obligant.*  
teste Interprete earumdem in proœmio;  
immo ne quidem ipsius Leonis tempore  
fuisse receptas, adeo ut nihil virium ha-  
beant, arg. *L. De quibus ff. de Leg. ait Zoëfius in*  
*Decretales Tit. de Sponsal. numero 82.*

Dices II. Saltem dici potest, per leges  
solum rejici poenam solvendam à justè re-  
siliente. Resp. leges loqui generaliter, & ita  
semper intellectas esse. Deinde *L. Mulier*  
rejecit appositio poenæ, quando permit-  
titur appositio arrharum; & tamen hæ non  
permittuntur, nisi in quantum pars resilit  
sine justa causa, ergo etiam pro tunc rejici-  
tur poena.

Nota hæc Arrham nihil esse aliud, quàm  
pignus, quod in contractu unus contrahen-  
tium ipso facto dat alteri in signum com-  
plendi contractum, quodque dans perdit si  
à contractu resiliat; si autem resiliat reci-  
piens restituit illud, & insuper æquivalens,  
aut etiam, si ita conventum sit, in triplum  
aut quadruplum, computatâ ipsâ arrhâ, &  
non ultra, nisi sit minorenns, qui tantum  
debet restituere ipsam arrham. Patet ex *L.*  
*Mulier cit.* ubi etiam hujusmodi arrhæ ap-  
probantur.

Potes, cur potius liceat apponere arrhas,  
quàm poenas? cum illæ non minùs videan-  
tur repugnare libertati Matrimonii, quàm  
poenæ. Resp. esse disparitatem, quòd arrhæ  
maturiori consilio soleant apponi, propter  
earum in præfenti traditionem & receptio-  
nem, & communiter non sint ita magnæ;  
proclivior enim quisque est ad obligandum  
se verbo, quàm ad pecuniam numerandam  
aut rem tradendam. Deinde non currit ar-

*Herincx Sum. Theol. pars I.*

gumentum à pari in jure positivo, quod de  
facto irritavit poenas, non autem arrhas.  
*vide Sanchez l. 1. d. 35.*

QUÆSTIO IV.

Quibus ex Causis Sponsalia dis-  
solvantur?

PRIMÒ dissolvuntur Sponsalia mutuo  
contrahentium consensu. Patet ex c. <sup>32.</sup>  
*Prætere hi, de Sponsalibus.* Ratio est, quòd  
quivis contractus naturâ suâ solubilis, sicut  
ex mutuo contrahentium consensu nascitur,  
sic & per eundem dissolvatur. Et hoc ve-  
rum est, cùs sponsalia sint jurata: nam jura-  
mentum contractui appositum instar acces-  
sorii sequitur naturam ejusdem: cùmque  
apponatur in commodum partis, hæc remit-  
tente cessat obligatio.

Excipiuntur impuberes, qui sponsalia,  
sive jurata sive non jurata, nequeunt ante  
annos pubertatis mutuo consensu dissolve-  
re, Jure sic disponente, ut puerorum levitati  
occurratur, c. *De illis 1. & c. A nobis, de De-*  
*sponsat. impub.* Postquam ad annos puberta-  
tis pervenerint, possunt prohibitu resiliire,  
etiam alterâ parte invitâ; modò id statim  
fiat, id est, intrâ triduum, arg. *L. fin. c. De er-*  
*rore Advocatorum & L. fin. C. de Judiciis,* ubi di-  
citur illicò fieri, quod intrâ triduum fit.

Si autem quis ante pubertatem reclamave-  
rit, & adeptâ pubertate non mutet volun-  
tatem, censetur manere in ea retractatione,  
inefficaci quidem primò, efficaci tamen,  
quatenus perseverat postea moraliter. Uti  
ratificatur alioquin sponsalia, si non re-  
clamet statim post, quia eo ipso videtur in  
voluntate pubertatem præcedente persiste-  
re. Quòd si ex duobus impuberibus unus  
altero priùs ad pubertatem perveniat, ve-  
rosimiliùs non debet expectare alterum,  
sed rationi consonum est, ut statim resiliire  
possit: nam cùm possit alterius ætate com-  
pletâ, eoque contradicente: quidni eodem  
adhuc impubere? Si tempore contractûs  
unus erat pubes, alter impubes, potest pro  
libitu resiliire solus ille qui erat impubes.  
Patet ex c. *De illis cit.*

Quòd si impuberes adjecerint spon-  
salibus juramentum, putat *Præpositus quest. 9.*  
*dub. 9.* & quidam alii, eos nihilominus pro-  
babiliter posse licitè resiliire prohibitu. Sed  
contrarium est communius & verius ex c.  
*Ex Interis Silvani 10. de Sponsalibus,* ubi est  
casus expressus. Quòd autem respondent  
alii, esse casum, quo quis post pubertatem  
non reclamaverat, gratis & non rectè di-  
citur: nam dicit Pontifex esse cogendos ad  
matrimonium ob religionem juramenti,  
non autem quia non reclamarunt. Et sa-  
nè, cogendi essent alioquin etiam citra ju-  
rumentum, adeoque frustranea esset lex, si

*32. Sponsalia  
puberum  
etiam jura-  
ta dissolvun-  
tur mutuo  
consensu.*

*33. Non jurata  
impuberum  
etiam con-  
sensu unius  
illico post  
pubertatem  
reclamave-  
rit.*

*Aut in ve-  
claminatione  
priùs factâ  
persistens.*

*Etsi alterius  
pubertate  
non expectat.*

*34. A juratis  
tamen Spō-  
salibus non  
nisi mutuo  
consensu im-  
pubes resiliire  
possunt.*



tantum intelligenda esset, quando non reclamant tempore debito.

35.  
Sponsalia  
dissolvi  
suspensio  
impedimen-  
tum dirimen-  
s.

Secundo solvuntur sponsalia, si igitur sponsos aliquod impedimentum oriatum, v.g. si sponsus carnaliter cognoverit fororem sponsæ aut illius confanguineam in secundo gradu. Immo ad ea dissolvenda sufficere publicam impedimenti firmam, putat Navarrus, 22. num. 27. & alii. Et colligitur ex c. Cum in tua, de Sponsalibus. Fieri tamen potest, ut qui advertenter impedimentum huiusmodi posuit, obligetur vel ad petendam dispensationem vel ad reparandum aliter damnum sponsæ illatum. Vide *Dis. 1. dub. 38.*

36.  
Igitur profes-  
sio Religio-  
sa.

Tertio solvuntur sponsalia per professionem Religionis approbatæ: nam præterquam quod ea sit impedimentum dirimens, solvit etiam matrimonium ratum, adeoque magis sponsalia. Cumque licitum sit contracto matrimonio rato ante consummationem ingredi Religionem invitâ comparte, ut deciditur cap. Verum, de Convers. conjugatorum; multo magis licitum id erit, contractis tantum sponsalibus, nisi obstat circumstantia specialis. Immo regulariter hoc esse licitum, etsi sponsalia sint jurata, habet communior & verior opinio: eod quod sicut in contractu sponsalium ex constitutione juris subintelligitur conditio, Nisi Religionem ingrediar; sic ea subintelligatur in juramento apposito. Adde, quod illud sonum, & plerumque ingratum, aut etiam damnosum, femina præsertim, foret, contrahere matrimonium, animo mox resiliendi per ingressum Religionis.

Nec obstat, quod c. Commissum, de Sponsal. dicatur: Tutius est ei, religione juramenti servata prius contrahere, & postea, si elegerit, ad Religionem migrare. Nam solum id dicitur tutius, idque in casu quo instat tempus matrimonii implendi, & interim non plene determinatus deliberat de ingressu: præstabat enim tunc satisfacere juramento, bimestri adhuc ad deliberandum remanente. Vel certe debet sponsæ indicare suum, præpositum, & si ipsa desideret, prius contrahere: prout interdum posset esse per accidens necessarium ad legitimandam prolem prius susceptam, ad consulendum famæ ipsius sponsæ, cum qua intercesserat nimia familiaritas. Immo etsi sponsalia fuissent non jurata, si aliter reparari non posset damnum filia virtute sponsalium defloratæ, debere reparatio damni per matrimonium præferri merito consilio ingrediendi Religionem.

37.  
Sponsalia  
suspenduntur  
solum per  
Religionis  
ingressum  
ad arbitrii  
veniantis  
in saculo.

Sed difficultas est, an sponsalia solvantur ipso facto per ingressum in Religionem, sive susceptionem habitus? In qua satis constat partem in sæculo manentem liberari ab obligatione, eod quod pars ingrediens censetur suo juri tacite renuntiare. Sed non liberari eum qui ingressus est novitiatum, si fortè egrediatur, habet

verborum contra Sanchez sup. d. 4. q. 2. 5. *Dis. 1. dub. 32.* & alios. Ratio est: quia ingressus in Religionem non est incompatibilis cum permanentia obligationis Sponsalium; casu præmissis ex parte illius qui ingreditur. Potestque obligatio ista claudicare; uti patet non solum in casu fornicationis, quo soli innocenti est res resiliendi, sed etiam circa delictum in casu, quo conditio unius sit notabiliter deterior ob supervenientem paupertatem vel deformitatem; nec non in casu, quo pars una cedit juri suo. In præsentibus vero ingrediens Religionem cedit juri suo, & in casu excessus conditionem suam apprehensione communi notabiliter mutat; ut proinde similiter obligatus merito censetur manere ex sua parte, si sponsa velit.

Quarto solvuntur sponsalia per susceptionem Ordinis sacri: quia est impedimentum dirimens. Votum tamen suscipiendi Ordinem sacrum & votum simplex castitatis non dissolvunt sponsalia ante contracta juxta communionem opinionem apud Sanchez d. 46. num. 9. contra multos oppositum probabiliter docentes. Ratio est, quod in contractu sponsalium, nec ex natura rei, nec ex dispositione juris, nec abundè subintelligi videatur conditio, Nisi voluero ducere vitam cælibem, aut suscipere sacrum Ordinem: sicut ex dispositione juris subintelligitur, Nisi voluero ingredi Religionem. Alias sane simili serè ratione contendere posset, subintelligi posse hanc conditionem, Nisi postmodum voluero à Matrimonio abstinere, sicque liberâs Deo fervire, etiam præscindendo à voto castitatis. Immo nec ipsa conditio amplectendi statum religiosum subintelligitur ex natura rei; sed solum ex dispositione juris, aut ex concessione divina, quâ permissitur etiam dissolutio matrimonii rati. Unde etsi sponsalia aut matrimonium inirentur etiam cum exclusionem illius conditionis, nihilominus possent dissolvi. Quod clarum est non habere locum in aliis casibus; in quibus saltem posset sponsus excludere istam conditionem, sicut excludit per actuale matrimonium. Similiter non foret imprudens talis contrahendi modus: sicut non est imprudens ipse contractus Matrimonii, per quod tacite quis excludit ipso facto à se libertatem vitæ simpliciter castæ. Si enim prudenter quis excludat illam in præsentibus per matrimonium; cur non possit obviare ad statum istum exclusivum continentia? Hanc itaque etiam censetur prudenter excludere per promissum, dum inchoando statum matrimonialem facit absolutam & ex justitia obligantem Matrimonii promissionem, nisi in quantum jure aliter disponit; quod quidem disponit aliter quantum ad subintellectam tacite conditionem.



ditionem amplectenda Religionis, non autem emittendi votum simplex aut suscipiendi Ordinem sacrum. Ob quod etiam fit, quod post sponsalia licite suscipiatur Religio, non autem licite suscipiatur Credo sacer, juxta communioem opinionem.

Videtur nihilominus vovens castitatem aut susceptionem Ordinis sacri ex sua parte renuntiare velle sponsalibus. Votum præterea castitatis non modicam adfert mutationem in voyente; qui nempe debitum petere numquam valebit, quod foret contrari, præsertim, feminae, valde difficile.

Quotò solvuntur Sponsalia per Matrimonium cum alia valide contractum, etsi sint jurata, ut patet ex c. *Sicut ex litteris* & c. *Si inter virum, de Sponsal.* Si tamen aliud matrimonium contraxerit invalide, non videtur ipse à sua obligatione liberari: cum ex sua iniquitate non debeat reportare commodum. Tamen pars innocens etiam tunc liberatur: quia alter tentando aliud Matrimonium, fregit fidem suam, & tacite juri suo renuntiasse censetur. Dixi per Matrimonium, quia per alia sponsalia etiam jurata non solvantur priora: cum posteriora sint invalida, eò quod res aliqui obligata non possit alteri promitti. Idemque per consequens est de juramento, quo posteriora sponsalia forent firmata.

Dubium tamen est apud Doctores: an subsecuta copula cum posteriori dissolvantur sponsalia priora. Ubi in primis supponitur prioribus sponsalibus copulam non accessisse, quæ alioquin jure potiora forent. Deinde desloratam subpromissione conjugii esse ignarum priorum sponsalium; aliàs enim esset ipsa delicti particeps, & conscia nullitatis contraxisset secunda sponsalia. Quibus suppositis, ad hæc videtur juri conformius, non dissolvi priora sponsalia, nisi prima renuntiaverit suo juri. Quod utique semper potest, & pro libitu sponsalia rescindere, quando pars contra fidem datam conatur alia sponsalia inire, etiam independentem à copula: sic enim præstat alteri sufficientem causam recedendi à sponsalibus, utpotè à quibus ex se conatus est recedere, quibusque eo ipso censetur renuntiare. Aliàs irrita est fides posterior propter priorem; cujus vim non evacuat per se copula subsequens cum secunda. Posset tamen æquitas sive charitas postulare, ut prior obligationem remittat, casu quo id absque illo vel notabili damno potest, quando posterior pateretur grave damnum hæc ratio ne evitabile. Possetque juxta Sanchez l. 1. d. 49. num 6. judex interpellatus tali casu compellere ad contrahendum cum posteriori.

Per subsequens porrò matrimonium priora sponsalia non tam videntur extinguere, quam suspendi seu sopiri pro tempore, quo illud matrimonium durat: ideoque si contingeret uxorem mori ante prio-

Herincx Sum. Theol. Pars IV.

rem sponsam, sponsus rursus eidem obligaretur. Non enim debet hic ex sua iniquitate commodum reportare, vel habere in suo arbitrio, ut ab obligatione contracta, quæ per se non extinguitur lapsu temporis, pro libitu suo se eximat. Impedimentum quoque matrimonii non est perpetuum, uti Ordinis sacri, aut solemnis professionis, sed durans ad vitam conjugis; adeoque hæc defuncta reviviscit prior obligatio, utpotè sublata incompatibilitate fortioris vinculi; quod non aliter poterat dissolvere prius, quam quatenus cum hoc erat incompatible. Ob quod etiam votum seu sponsio castitatis Deo facta plenariè reviviscit, quam primùm conjux est defuncta. Quemadmodum & ille, qui rem duobus in solidum vendidit, & uni tradidit (qui exinde potior est in detinendo dominio, juxta L. *Quoties. de rei vindicatione*) si rem venditam rursum postea consequatur, cogi potest eandem tradere primo emptori, nisi eidem antè satisfactum fuerit; ut rectè *Zoefius in l. 4. Decretal. tit. 1. de Sponsal. num. 34.* & consentiunt *Potius, Zypæus, Coninck* & plures alii, contra *Sanchez l. 1. d. 48. Dicastillo d. 1. dub. 37. Guinierrez, Bonacina* & plures alios. Confirmatur: quia nemo debet privari jure suo absque sua culpa, ut allegat ipse *Dicastillo dub. 39. num. 582.* Qui etiam fatetur, non obstantibus inconvenientiis, quas allegat n. 549. perseverare obligationem justitiæ ad priorem sponsam, si damnum illatum ei non sit aliter reparabile; vi cujus proinde posset obligatus manere ad illam ducendam soluto matrimonio: quidni ergo suspensa manere possit, & soluto matrimonio reviviscere obligatio præcedentium sponsalium? Denique extinctio omnimodorum per subsequens matrimonium non oritur ex jure naturæ, uti satis ostensum est. Non statuitur etiam jure positivo c. *Sicut ex litteris*, & c. *Si inter virum, de Sponsal.* Ibi enim in textu solum declaratur matrimonium sic initum valere, veluti fortius vinculum inducens, adeoque ei cedere, quantum scilicet incompatible est, vinculum priorum sponsalium.

Sextò, si sponsa fornicetur post sponsalia, etiam jurata, potest sponsus resilire; ut clarè patet ex c. *Quemadmodum, de iure jurando: Quoniam* (ut ibi dicitur) *in illo* (juramento) *talis erat subintelligenda conditio, Si restarem re-* *delicti in legem conjugii illa non peccaret.* Et *quinquam prædictum caput solum lo-* *quatur de sponsa fornicante, idem tamen est de sponso: nam eadem conditio sub-* *intelligitur in contractu sponsalium & ju-* *ramento ex parte sponsæ: & ratio ibidem* *allegata valet in utroque, quod scilicet ob-* *fornicationem possint etiam conjugati to-* *separari. Idem dicendum est juxta Do-* *ctores communiter; si sponsa vi opprima-* *tur, quia etsi tunc non peccet in legem*

pendit potius quam extinguat prima sponsalia, si prior sponsa velit.

43. Subsequens fornicatio alterutrinus dat laço potestatem, et si sponsalia sunt jurata.

Id est, quantumvis sponsa vi foret oppressa.



An uterque fornicetur sit locus compensationi delictorum.

conjugii, tamen in estimatione humana fit notabiliter vilior. Propter quod etiam juxta Sanchez, Guistierrez & alios passim non datur compensatio delictorum, si uterque fornicetur post sponsalia: etsi enim quoad fractionem fidei tacta sit quædam compensatio, non tamen quoad vilitatem notabilem, quæ specialiter oritur in sponsa, ex cujus parte idcirco supervenit notabilis mutatio, etiam independentem à fractione fidei: ut proinde solus sponsus videatur posse resilire. Quamvis Bonacina & alii existimant neutrum posse resilire: uti nec solvere totum post matrimonium, si uterque adulteretur. Verum hanc compensationem in adulterio jura statuunt: ubi etiam non spectatur quis gravius, uti nec quis sæpius deliquerit. Dissolutio insuper sponsalium est facilior: & in presenti locum habet causa sufficiens spectando regulam receptam apud Doctores.

44. Quia si solum turpes tactus sint admissi.

Insuper existimant Doctores posse sponsum resilire, si sponsa permittat se turpiter ab alio tangi. Si autem idem permittat sponsus non idem statim posse resilire sponsam docet Sanchez d. 55. num. 5. & alii: eod quod talis tactus, saltem si non sit frequens, non faciat notabilem mutationem in sponso, sicut facit in sponsa. Varii tamen existimant esse simpliciter sponsæ liberum resilire ob hoc, quod per hujusmodi tactus frangat sponsus fidem datam sponsæ: in contractu autem sponsalium subintelligatur conditio, nisi is peccet in legem conjugii seu desponsationis. Ad quod tamen responderi posset, non esse completam aut adeo notabilem fidei fractionem.

45. Quia si fornicatio præcesserit sponsalium.

Dixi: Si sponsa fornicetur post sponsalia: quia si fuerit antè fornicata, & hoc sponsus sciverit, non potest resilire; potest tamen, quando nescivit, & noluisse contrahere, si antea scivisset. Ita communiter Doctores apud Sanchez d. 63. Secus est de sponso, qui etsi subinde fornicatus fuerit, & hoc sponsa ignoraverit, non ideo hæc poterit resilire. Ratio est, quod fornicatio reddat sponsam, non autem sponsum, notabiliter viliozem. Excipe, nisi frequenter & cum pluribus fuerit fornicatus, sic ut conferretur huic vitio impense deditus: quo casu timeri possent in futurum similia, & probrosum foret feminæ scortatorem hujusmodi ducere. Item, nisi habuerit prolem ex fornicatione. Immo præexistentia prolis legitimæ ignorata juxta Coninch disp. 23. num. 62. dat causam resiliendi, uti reddit matrimonium difficilius, tum ob alimentationem, tum ob periculum discordiarum.

46. Qualiter solvantur sponsalia ob discessum sponsi in remotas terras.

Septimò, quando sponsus (idem censetur dispositum de correlativo, scilicet sponsa) insciã seu non consentiente sponsa, dimissã terrã (scilicet animo non redeundi, adeoque dimittendo domicilium, ut notant Doctores, & sonat modus loquendi c. De illis, de Sponsalibus) se transfert ad alias par-

tes seu regiones, liberatur sponsa à sponsalibus, etiam juratis, sic ut liberum ei sit ad alia vota transire, ut dicitur c. cit. ubi nullum tempus proponitur, quo sit expectandum: ut proinde hæc in parte videatur recessum à jure civili, quo sponsæ erat expectandum biennio, si sponsus abisset in eadem provincia, vel triennio, si in alia; vel donec causa cesset, si contingeret sponsum abesse ex causa necessaria. Immo ipso recessu hujusmodi satis indicat sponsus velle renuntiare sponsalibus. Si tamen discedat in locum propinquum, unde brevi speratur rediturus, expectandus est, aut requirendus, ut intra certum tempus contabatur.

Octavò, si tam sponsus, quam sponsa presentes sint, sed unus est in mora, ne matrimonium contrahatur: tunc si matrimonio sit præfixus certus dies, matrimonio ultra illum dilato innocens sit liber, elapso die verè efficitur liber: præsertim si dilatio sit culpabilis: si verò non sit hoc modo præfixus dies, innocens est liber, quando pars est in tanta mora, ut prudenti iudicio censetur renuntiasse sponsalibus: sed fidem fecisse; vel, etiamsi mora sit inculpabilis, iudicetur ob concurrentes circumstantias nullo modo alterum voluisse se ad tantam moram obligare.

Nonò, quando supervenerit quodcumque grave vitium contractui sponsalicio, etiam jurato, sive mutatio tam notabilis, ut ea cognita juxta communem agendi modum pars merito noluisse contrahere, potest resilire. Ita communiter Doctores. Et colligitur ex c. Quemadmodum, de Jurejurando, g. si superveniat lepra, paralytis, notabilis corporis deformitas, morus asperitas, notabilis infamia, paupertas &c. Item si sponsa ejulve parentes recuset dare dotem, saltem quando erat promissa.

Decimò possunt sponsalia dissolvi ex futuro matrimonio gravia scandala vel mala merito timeantur, v. g. graves inimicitie inter sponsum, vel inter consanguineos &c. Ratio est: quia non tenetur quis cum magno suo damno aut proximi scandalo stare promissis: immo potest esse, ut cogatur desistere ad avertenda scandala. Non tamen per hoc licitum erit parentibus v. g. aut aliis propinquis absque alia causa impedire ne filii aut conjuncti stent fidei à se præstitæ, prout stare ex justitia tenetur: ad implendum in omni foro compelli possunt: adeoque alii injustè impediendo peccant.

Denique generalis & recepta apud Doctores regula est, posse solvi sponsalia, etiam jurata, quando cumque emergit nova causa vel accidit mutatio aut occurrit inconscientia hujusmodi, quæ si ab initio fuisset, meritò & rationabiliter homines talis status & conditionis à promittendo retraxisset: eò quod sic videatur accipienda & limitanda promittentium hac in re intentio, in qua



quod ob difficultatem & insolubilitatem Matrimonii exigitur major libertas & libens complacencia.

Petes, An si causa sit sponsalibus praevia, sed latens incipiat apparere, quae sufficiens ad illa solvenda, si de novo supervenisset, possint pariter ea dissolvi? Resp. Affirm. Ita Doctores communiter. Probatur: quia censetur similis intentio, uti dum de novo causa supervenit. Et aequaliter impletio sponsalium redditur difficilior. In Jure quoque paria sunt, non esse, & non apparere; item de novo advenire, & de novo apparere. Vide Sanchez d. 63. Hoc tamen est limitandum, quando ignorantia seu error est causa sponsalium. Secus est, quando equidem fuissent initia, etsi notitia adfuisset: tunc enim impletio sponsalium non redditur difficilior, quam si non fuisset. Et notitia defectus ante contracta sponsalia; tunc quoque non potest subintelligi modus aut conditio: tunc etiam cessat praesumptio de defectu intentionis. Quod si dubitet quis, an dum iniit sponsalia ita esset affectus erga sponsam, ut haberet ad hunc solvendum se obligandi, etiam si scivisset vitium occultum, censet *Dis. Sill. l. n. 623.* id pendere ex gravitate vitii, seu mutationis: si enim illa gravis sit, censetur non habuisse affectum seu voluntatem se obligandi: quia fortissima praesumptio defumitur ex communiter accidentibus, ut recte *Menochius l. 1. de Praesumpt. q. 18. n. 1.* Homines vero communiter nolunt se obligare, quando adeo notabilis mutatio rerum, vel apparet notabile vitium, ut notat Sanchez d. 63. *in fine.* Quod autem c. *Quemadmodum, de Jure jurando* dicitur: *Si quis juraverit ducendum aliquam in fornicationem, non potest ei fornicationem opponere praecedentem;* intellige cum Doctoribus communiter, quando etiam notitia hujus fornicationis fuit praecedens sponsalia.

Hinc vero non recte infert *Basilius Pontius l. 12. c. 18.* tali casu sponsalia ab initio non valuisse: cum ad fuerit consensus simpliciter circa materiam substantialem contractus. Neque enim contractus sponsalium, etsi involvat varias quasi conditiones seu potius modos & conventiones, ideo censeri debet conditionatus, sic ut ejus valor ab illarum eventu aut veritate dependeat, quasi si causa dissolvenda praecedat, non valeat a principio (ut vult *Pontius*) aut superveniat, suspendatur usque ad eventum aut non eventum causae: nam vere valuit ab initio, & latens perseverat, etiam dum causa jam supervenit, ut supponitur c. *Quemadmodum, de Jure jurando*: dum ibidem dicitur, sponsam fornicantem fregisse idem desponsationis. Falsum tamen id esset, si suspendatur usque ad eventum vel non eventum conditionis; immo falso diceretur praecessisse simpliciter desponsationem. Deinde alioquin ex sponsalibus simpliciter & absque addita conditione iniit non oriretur publica honestas; utpote

*Herim. Sum. Theol. pa. IV.*

quae non oritur, nisi ex sponsalibus absolutis c. *un. De sponsalibus in 6.* Constat tamen eam oriri ab initio etiam tunc, quando postea advenit, vel latens innotescit causa resiliendi. Itaque conditio tantum est impropria, seu tacita conventio, qua fidem quis dat conjugii absolute & ex nunc, reservata tamen facultate resiliendi, quando nova causa notabilis superveniret, aut latens innotesceret; quod stat cum valore contractus absoluto ab initio. Immo etiam postea sic manet liber ad resiliendum, ut possit non resiliere, & tamen alter plerumque ex sua parte maneat obligatus. Idque est magis consonum rationi & menti contrahentium. Porro impropria conventionem tacitam non facere contractum conditionatum, patet ex *L. Conditiones quae extrinsecus ff. de Conditionibus*: solum enim est causa sufficiens ad dissolvenda sponsalia, quae ab initio sic sunt contracta, ut quis voluerit quidem se ex nunc obligare, tamen non voluerit se obligare ad non resiliendum casu quo tale quid contingeret aut apparet. Ita Doctores communiter testat Sanchez d. 67.

Petes II. An ad dissolvendum sponsalia requiratur sententia judicis; Resp. si manifeste constet sponsalia ob aliquam causam esse soluta, aut subesse causam sufficientem ea solvendi, posse partem resiliere propria sua auctoritate, non expectata sententia vel declaratione judicis. Ita Doctores quidem communiter: eo quod nec jure positivo, nec ex natura contractus plus requiratur. Interdum tamen ad evitandum scandalum, sive ad satisfactionem Ecclesiae, opus est judicis sententia. Quod scandalum cessat, quando sponsalia sunt occulta. Uti etiam quando causa dissolvendi est publica & aperta sufficiens. Quod si etiam sponsalia sint publica & causa adeo occulta, ut non possit coram iudice probari, adhuc juxta Sanchez disp. 69. num. 7. inutilis esset imploratio judicis, ipseque utitur jure suo recuperandi rem sibi debitam, quam potest propria auctoritate recuperare, dum nequit in iudicio.

Itaque si dubitetur de sufficientia causae, aut moraliter non constet esse sufficientem, requiritur juxta Sanchez supra sententia judicis ob probabile periculum injustitiae, dum spoliatur alter in dubio jure sibi acquisito. Immo in puro dubio, si post discussionem perseveret dubium, si ve de existentia causae (quod est dubium facti) si ve de illius sufficientia (quod est dubium juris) nequidem in foro externo potest fieri dissolutio: fieret enim injuria parti possidenti jus alias certum ex sponsalibus certis.

Postremo dubitatur, an laborans aliquo defectu occulto, qui cognitus partem a sponsalibus contrahendis averteret, & a contractis resiliendi justam causam daret, nihil

53.  
An dissolutio sponsalium exigat sententiam judicis.

54.



An occulto defectu laborans possit nihilominus contrahere sponsalia, & ad implentionem surgere compariem ignoratam.

nihilominus possit cum illius ignaro sponsalia contrahere, eumque cogere, ut contracta impleat? Resp. Neg. quando defectus ille foret parti perniciosus, v. g. lepra &c. quia hoc esset innocenti causare notabilem perniciem. Unde sicut volenti ædificare domum non licet vendere ligna occultè cariola, nisi vitium aperiatur, sic nec licet contrahere sponsalia, multò magis ad ea implenda cogere, nisi vitium notabiliter perniciosum aperiatur. Similiter ex charitate saltem non licet, quando gravia incommoda sequerentur ex eo, quòd defectus postea detegendus credatur. Alias non tenetur quis volenti secum contrahere aperite suos defectus, etsi reddant nuptias notabiliter minùs expetibiles, v. g. quòd sit vi vel spontè corrupta, deformis, pauper, ignobilis, cum tamen putetur virgo, pulchra, dives, nobilis. Ita *Coninck d. 23. dub. 12.* & alii plures: quia non tenetur se ipsam infamare aut defectus suos propalare, quamdiu aliis non nocent: neque tacens decipit alium, sed hic decipitur à se ipso in re, quam ipsi incumbit diligenter investigare: neque debet ab altera parte discere defectus illius; ita enim in ipso humano commercio positum est, ut quisque in hoc contractu notitiam de qualitatibus alterius capiat. Quòd si etiam defectus sint tales, qui moraliter deprehendi nequeunt, eò minùs quis est cogendus suas maculas exponere, neque

etiam in circo à matrimonio abstinere, si de sananda fuerit consociata. Unde nec Confessarii id celantes culpa damnant. Si tamen dolo inducat partem ad contrahendum, fingendo se nobilem, divitem &c. facit alteri injuriam, & graviter delinquit. Quàmvis non censetur fraus cuius generis, si puella desolata concetur in dolo hunc defectum occultare. Immo etiam expressè dicat se esse virginem, excusant eam Doctores à mortali: quia nempe hoc spectat ad tuendam eam famam. Et consequenter si rogata utatur æquívocatione, excusari posset ab omni peccato. Talis tamen prudenter ad laborabit ad defectum illum occultandum in congressu: ne conjux istum deprehendens eam, odio habendi & malè tractandi occasionem sumat.

Sed an post sponsalia contracta possit pars defectus ignara cogi ad matrimonium contrahendum, supposito quòd non sit dolo induta, difficultatem habet. Varii existimant quòd non, præsertim quando esset defectus, qui redderet nuptias valde incommodas innocenti; ut est pauperas, ignobilitas &c. Tamen magis consequenter *Coninck supra* & plures alii putant posse: eò quòd per sponsalia valida sit acquisitum jus ad matrimonium, quo per talem defectum non privatur alter, quousque pars facta defectus conscia tale jus elidat.

## DISPUTATIO SECUNDA:

## De Matrimonio secundum se.

## QUESTIO I.

Quid sit Matrimonium, Quando institutum, Et an licitum aut debitum?

I. Matrimonium, Nuptia, unde sic dicitur.

**M**ATRIMONIUM sic vocatum à fine, qui est ut femina efficiatur mater filiorum; dicitur etiam Cōjugium, eò quòd vir & mulier communi jugo subdantur: item Connubium & Nuptiæ, eò quòd mulier viro tradita soleret velo quodam obnubi, & quasi nube tegi.

In matrimonio spectatur primò contractus,

Ipso Matrimonio porrò tria consideranda sunt. Primò ipsa Matrimonii contractio sive contractus matrimonialis; qui à *Scoto d. 26. num. 17.* definitur: *Maris & femine mutua translatio corporum suorum pro usu perpetuo ad procreandam prolem debite educandam.* Secundò status permanens, vinculumque stabile ex contractu resultans, quòd *Scotus supra* describit: *Vinculum indissolubile inter marem & feminam ex mutua translatione potestatis corporum suorum in se invicem facta ad procreandam prolem*

Secundò status seu vinculum consequens,

debitè educandam. Quod quidem vinculum est mera denominatio extrinseca ex præterito contractu desumpta, v. cuius contractantes verè manent inter se colligati cum quodam dominio & subjectione. Superflue autem & infundatè statueretur hoc vinculum in aliquo alio superaddito.

Tertio spectanda est copula subsequens: ad quam vi Matrimonii datur petendi potestas, & reddendi obligatio. Quæ tamen potest juxta infra dicenda per pactum excludi: & multò magis ipsa actualis copula potest separari à Matrimonio, etsi ipsa istud numquam sequatur. Ab hac xerò dicitur Matrimonium consummatum, uti ante copulam dicitur solum ratum. His accedit pro tempore Legis novæ quarta consideratio Matrimonii, quatenus scilicet (ut postea dicitur) est Sacramentum. Quæ tamen ratio est accessoria ipsi contractui matrimoniali, quem Christus elevavit ad dignitatem Sacramenti. Neque enim (ut constat) ipsum vinculum matrimoniale est Sacramentum conferens gratiam, uti nec signum sensibile, nec conjuges sanctificans suo



suu usui. Dum autem Patres funde illud vocant Sacramentum, sumunt Sacramentum large pro quovis signo rei sacra à Deo Instituto; quo modo vinculum illud est signum conjunctionis Christi cum Ecclesia. Unde Patres matrimonium etiam in lege naturæ vocant simili modo Sacramentum. Immo idem nomen matrimonii Gentilium tribuitur c. Gaudemus, de divortis. Idipsum certum est contra Gratianum post can. Institutum 27. q. 2. de copula, quod scilicet hæc non sit Sacramentum, nec pars Sacramenti matrimonii: nam ante eam est Sacramentum perfectum, & manet, etsi copula non sequatur. Hæc etiam non est medium conferens gratiam aut effectum supernaturalem ex opere operato: nec quoties iteratur, augmentum gratiæ vel effectus supernaturalis præstat.

Nec obstat, quod c. debitum, de Bigamis dicatur, copulam conjugalem designare conformitatem, quæ consistit in carne inter Christum & Ecclesiam, adeoque matrimonium non consummatum non pertinere ad illud conjugium designandum quod inter Christum & Ecclesiam per Incarnationis mysterium est contractum: juxta quod Paulus ad Ephes. 5. dixit hoc Sacramentum magnum esse in Christo & Ecclesia. Nam præterquam quod Innocentius III. hoc adferat per modum probationis sive rationis, & facile quædam congruitas seu proportio reperiri possit in ipso contractu ad designandum quodammodo seu minus perfecte Incarnationis mysterium, solum vult copulam pertinere ad rationem matrimonii quæ sumpti pro signo dictæ conjunctionis, non autem quæ Sacramenti gratiæ collativi: quin imò videm de consensu animorum seu contractu præmissit, illum significare charitatem, quæ consistit in spiritu inter Deum & justam animam. Similiter explicari possit c. Non est dubium, & c. Cum societas, apud Gratianum supra. Prius tamen, quod refertur ex Augustino, apud ipsum (ut ad calcem notatur) non est inventum; & videtur potius summarium posterioris Canonis: qui quoque mendose refertur, & aliter legitur apud Leonem (ex quo refertur) Epist. 92. aliàs 90. c. 4. itemque apud Burchardum & Ivozem, ut advertitur in Nota ad dictum Canonem. Juxta veram autem Lectionem Leo Papa Rustico Episcopo Narbonensi quaerenti, an filia possit in matrimonium dari ei, qui hæcenus aluerat concubinam, respondet, quod sic, eò quod inter eum & concubinam præter conjunctionem sexuum non intercesseit nuptiale mysterium seu verum & indissolubile matrimonium, sine quo conjunctio sexuum non habet in se conjunctionis insolubilis Christi & Ecclesiæ sacramentum.

Ad institutionem contractus & vinculi matrimonialis quod attinet, docent com-

muniter Theologi, institutum esse à Deo in initio mundi, idque juxta D. Thomam, Sylvestrum, Sanchez & alios per verba: Crescite & multiplicamini &c. Quibus tamen solum datur benedictio & fecunditas hominibus, uti ceteris animantibus. Quare Magister, D. Bonaventura, Ruardus, Covarruvias & plures alii, (& videtur supponere Scotus dist. 26. nu. 13.) censent institutum esse Gen. 2. quando Adam divino instinctu dixit: Hoc nunc os ossibus meis &c. Et erunt duo in carne una. Favetque Augustinus in contra duas Epist. Pelagianorum c. 5. dicens à Deo nuptias esse institutas tunc, quando dictum est: Propterea relinquet homo &c. Gen. 2. Immo Adrianus, Valquez, Basilius Pontius & alii censent non fuisse necessariam Dei institutionem seu concessionem specialem, sed conditâ naturâ humanâ in diversitate sexuum potuisse eo ipso ex natura rei licite marem & feminam inire matrimonium, uti alios contractus, & per illius usum propagare genus humanum; prout dicitur naturâ etiam licitum est illis, qui de divinis litteris nihil norunt. Quod quidem rationi satis consonum apparet. Sed tamen adhuc recte tribuetur Deo institutio, tum quatenus virum & feminam creavit, tum quatenus lumen juris naturæ eis impressit. Cum quo insuper recte consistit, quod dicatur institutum Gen. 2. sive quatenus tunc fuit intimatum seu insinuatum, sive quatenus tunc fuit primum Matrimonium inter Adam & Evam initum; sive quatenus perfectam indissolubilitatem eidem annexit, ut quidam volunt. De quo tamen infra, ubi de radice insolubilitatis matrimonii.

Institutum porro est matrimonium primitus & principaliter tamquam officium naturæ per illud multiplicandæ, deinde & secundariò tamquam remedium concupiscentiæ, non quod post peccatum debuerit iterum institui in remedium concupiscentiæ, quod prius erat ordinatum in officium naturæ, ut Quidam indicant; sed quia in ipsa primæverum institutione etiam ex intentione Auctoris naturæ, suppositâ permissione lapsus & deordinatione concupiscentiæ, satis involvebatur, ut matrimonium quoque deserviret in remedium concupiscentiæ, quando ipsa subesset.

Matrimonium esse licitum negarunt Simon Magus, Saturninus ejus Discipulus, Marcion, Tatianus, Manichei, Priscillianisti & Adidam Hæretici negarunt esse licitum. Olim quidam Hæretici negarunt esse licitum. Reliqui autem videntur omnem concubitum damnasse, occultis & ipsi scortationibus ac impudicitis inhiantes.

Sed fides Christianos, & ratio etiam reliquas Nationes docet, matrimonium esse licitum & conveniens. Quod proinde probavit ipse Deus Gen. 1. & 2. & rursum

quando institutum sit Matrimonium.

Qualiter institutum sit secundariò in remedium concupiscentiæ.

6. Olim quidam Hæretici negarunt esse licitum.

Sed contra-rium aperit ostenditur ex fide.





post lapsum, immo post diluuium *Gen. 9.* benedicens & ajens: *Crescite & multiplicamini &c.* Toto etiam veteri Testamento uinis ordinationibus est commendatum, usque Patriarcharum & Prophetarum firmatum. Et *Matth. 19.* Christus allatis verbis *Gen. 2.* insert: *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.* Ipseque una cum matre nuptiis interfuit, ac primo eius miraculo decoravit, *Joan. 2.* Ipsa etiam B. Virgo matrimonium inuit, tamen non secuta copula, quamquam v. matrimonii licita. Denique Apostolus *1. ad Cor. 7.* pluribus conjugium ejusque usum commendat, etsi virginitati postponat. Et *1. ad Tim. 4.* praedicat futuros, & detestatur, qui prohibent nubere. Et *c. 5.* *Volo* (inquit) *juniores nubere, filios procreare.* Accedit auctoritas Ecclesiae benedictis nuptias: ipsaque ratio Sacramenti, quam Christus annexuit. Postremo idem docet ratio naturalis desumpta ex necessitate matrimonii ad generationem humanam, adeoque ad propagationem & conservationem speciei. Alioquin sane extinguendum potius foret genus humanum; utpote quod non nisi illicite posset propagari: cum tamen propagationem clamat ipsa sexuum differentia, corporumque & instrumentorum differens constitutio in hominibus; uti in ceteris animalibus. Absurdissimum autem foret hanc propagationem licere in vago concubitu, & non in legitimo contractu.

7. Est itaque matrimonium licitum & conveniens, immo & laudabile ac bonum per se loquendo; sicut & usus ejusdem, dummodo adsit prudens moderatio, rectaque intentio: etsi majoris perfectionis & meriti sit continentia. Et quidem finis optimus & magis proprius est, ut amore filiorum magis quam libidine conjuges ducantur exemplo Tobiae & Sarae. Quamvis non videatur fore etiam veniale peccatum, si intendatur remedium concupiscentiae; ne aliis sterilibus aut nimium grandaevis generaliter illicitum sit matrimonium. Cum tamen moneat Apostolus *1. ad Cor. 7.* ut propter fornicationem, supple vitandam, unusquisque vir suam uxorem habeat. Immo in rigore ad licite contrahendum nec hic quidem finis requiritur, sed sufficit alius honestus, etsi non sit finis per se matrimonii, v. g. pax familiarium &c. etsi hoc requiri sub veniali saltem peccato nonnulli existimaverint. Sane neutrum finem Deipara intendit, immo utrumque positive excludit, uti ipsam copulam. Ex nullo quoque capite ostenditur obligatio intendendi finem matrimonii intrinsicum. Adeoque a fortiori cum intentione hujusmodi finis poterit simul concurrere alius finis utilis & honestus, v. g. pax, aut etiam opes moderatae, quatenus sunt medium se honeste alendi, omnisque alius finis, qui in cursu humanae vitae potest prudenter appeti.

Quo attinet ad postremam quaestionis partem, an matrimonium sit debitum, nonnulli Haeretici asserunt, quod sic, damnantes idcirco continentiam Clericorum. Sed inepte, sic enim probatur matrimonium, ut Apostolus *1. ad Cor. 7.* ipseque Christus *Matth. 19.* Et ratio denique praerat calibatum. Quare nec Gentiles tantum generalem contrahendi matrimonii obligationem agnoverunt. Immo virginis Vestales erant in generatione apud Romanos, & a proposito virginitatis effectentes graviter puniebantur. Quosdam vero coelibatus scite arguit Ambrosius *1. de Viduis* dicens: *Quid Deorum suorum adulteria & probra venerantur, coelibatus & viduitatis statuerent poenas, ut amilii criminum multarent stadia, virtutum, specie quidem, qua secunditatem quaeerent sed studio, quo propositum castitatis abolerent.*

Sed neque in veteri lege fuisse praecceptum nubendi, docent exempla Josue, Eliae, Elisaei, Jeremiae, Danielis, qui populo Judaico satis multiplicato, satque multis generationi vacantibus, vincula conjugii non quaesierunt. Prout etiam Eseni non ducebant uxores, teste Josepho *1. 8. Antiquit. c. 2. & 1. 2. de Belli Judaico c. 7.* Ipsa quoque Deipara continentiam voverat, commendatam similiter *Isaia 56. & Sap. 3. & 4.*

Recepta tamen satis doctrina D. Thome, D. Bonaventurae, Richardi, Scoti, Sanchez, Vasquez & aliorum passim tradit fuisse praecceptum nubendi in principio, illudque cessasse post sufficientem generis humani propagationem: nisi quod maneat adhuc iuxta Sororum & alios respectu communitatis, adeoque respectu aliquorum in vago. Et maxime eo obligabantur primi parentes. Quorum proinde respectu verba illa, *Crescite & multiplicamini*, possunt accipi tamquam denotantia praecceptum. Quae alioquin indicant benedictionem secunditatis, suntque etiam dicta bestiis. Et certo non sonant respectu ceterorum hominum praecceptum, nisi ad summum modo praemisso. Immo ipsa ratio naturalis satis dictabat primis parentibus eos obligari ad concurrendum conservandae speciei; uti quisque obligatur sustentare individuum proprium, & alteri extreme indigenti subvenire. An autem, si soli voto continentiae addicti remanent, in iis reviviscere obligatio vacandi conjugio, an vero potius per specialem istam dispositionem Deus sufficienter indicaret se velle hominem successionem concludere, est casus metaphysicus, & inter Auctores Ex conjecturis diversa sentientes controversus, nulliusque utilitatis.

Et ratio.

Quo sine sit contrahendum.



QUESTIO II

An Matrimonium in lege nova sit proprie dictum Sacramentum?

NEGAT Lutherus, Calvinus & alii Sectarii recentiores. Et ex Catholicis Durandus 4. d. 26. q. 3. quem citat Kemnitius. Verum adversus praedictos definiuit Concilium Tridentinum sess. 24. de Sacram. Matrim. can. 1. & alibi Matrimonium contractum inter Fideles in Lege nova esse verum & proprie dictum Sacramentum. Addit autem Tridentinum sess. cit. in princip. hoc inuere Apostolum ad Ephes. 5. ubi ait: Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Moxque subiungit: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Varii tamen conantur ostendere, quod locus iste Apostoli non conuincat, uti nec alia loca scripturae, quae allegari solent.

Quidquid autem foret de efficacia probationis ex Scriptura prolatae, sufficere debet traditio Ecclesiae, de qua testatur Tridentinum supra citans: Matrimonium merito inter nouae legis Sacramenta annumerandum SS. Patres, Concilia, & uniuersalis Ecclesiae traditio semper docuerunt. Nam matrimonium in Ecclesia semper fuit, habitum tamquam res sacra, ideoque ab initio consuevit celebrari cum ritibus sacris, ut patet ex Evaristo Papa Epist. 1. ad Episcopos Africanos, & aliis antiquis Pontificibus. Ratio autem rei sacrae, quae in illo cernitur, est ipsa ratio Sacramenti: aut certe Haeretici debent ostendere, quando primum coeperit Ecclesia tum Graeca, tum Latina tractare matrimonium tamquam rem aliter tractam, quam tractauerit Ecclesia antiqua. Idem constat etiam ex Patribus, Ambrosio l. 1. de Abraham c. 7. ubi ait: Et ideo quia in Deum peccat (scilicet adulter) Sacramenti caelestis amittit consortium, scilicet gratiam. Augustinus l. de Bono conjugali c. 18. In nostrorum nuptiis plus valet sanctitas Sacramenti, quam sanctitas uteri. Et c. 24. Bonum nuptiarum per omnes Gentes atque omnes homines in causa generandi est, & in fide castitatis; quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate Sacramenti. Ubi propriam Sacramenti nouae legis rationem peculiariter adscribit matrimonii Fidelium, cum alioquin constet etiam infidelium matrimonium non esse rationem Sacramenti largi sumpti, siue signi rei sacrae, conjunctionis scilicet Christi & Ecclesiae. Alios vide apud Belarm. l. de Matrim. c. 5. Id ipsum congruit legi gratiae, ne in ea alioquin status, ob insolubilitatem & varia onera difficillimus, maneret absque aliquo speciali auxilio.

Dices, Matrimonium opponitur Ordini, atqui unum Sacramentum non opponitur alteri, ergo. Resp. Neg. Maj. loquendo de oppositione ex praeepto Dei: ex ordina-

tionem autem Ecclesiae bene potest fieri, ut qui suscepit voluntarie factum Ordinem, non possit contrahere matrimonium. Quamquam nec omni casu sit oppositio: cum uxoratus non bigamus possit licite ordinari de consensu uxoris, & absque eo valide, & in oriente uxorati retentis uxoribus ordinentur.

Dices II. in contractu Matrimonii miscetur pactum pecuniarium, quod in Sacramento fieri non posset sine labe simoniae. Resp. nihil accipi pro contractu quatenus est Sacramentum, potest tamen accipi pro eo quatenus est contractus civilis, sic ut per additionem pecuniae compensetur inaequalitas v.g. in diuitiis, nobilitate, aetate &c. quae est in una parte contrahentium: sicut in permutatione calicis aurei cum argenteo potest non obstante consecratione defectus argenti per additionem pecuniae suppleri.

Dixi in Conclusionem, in Lege noua: etsi enim a sui institutione fuerit aliquo modo signum conjunctionis Christi cum Ecclesia; non tamen signum efficax gratiae, neque Sacramentum proprie & stricte dictum iuxta Doctores communiter. Et clare patet ex Florentino, quod Matrimonium numerat inter Sacramenta nouae legis, docetque ea differre a veteribus, quod vetera non conferant gratiam. Similiter Tridentinum sess. 7. can. 1. de Sac. in genere. Et sess. 24. can. 1. illud recenset inter Sacramenta nouae Legis a Christo instituta, & ibid. in princip. sess. ait, Matrimonium in Lege Evangelica veteribus conuubiis per Christum gratiam praestare.

Dixi etiam, inter Fideles: quia infideles non baptizati nullius Sacramenti sunt capaces ante Baptismum, qui est janua Sacramentorum. Solum dubitatur, an si fidelis per legitimam dispensationem contrahat cum infideli, sit Sacramentum ex parte fidelis? Negat Sanchez & alii passim, & certum putat Castro Palao disp. 2. pu. 2. Sed infirmo nixus fundamento. Unde satis solide affirmat Soto, Catherinus, Ekins, Aversa q. 1. sess. 6. Nam etsi contractus essentialiter respiciat utrumque contrahentem, & matrimonialis non possit esse Sacramentum respectu infidelis ob defectum Baptismi, id tamen non obstat, quod minus possit esse Sacramentum respectu fidelis, cum eatenus sit verus Matrimonii contractus subiectus in persona capaci Sacramenti, in qua proprie est signum gratiae. Confirmatur: quia potest unum signum efficiens duos, v.g. una absolutio super plures prolata esse Sacramentum respectu unius habentis omnia requisita, & non respectu alterius qui in aliquo essentiali deficit.

Confirmatur II. quia olim dum pauci erant fideles, sic contrahere saepe erat necessarium: & tamen ideo non debebant fideles sic contrahentes carere gratia Sacramenti.

13. Non erat Sacramentum ante legem nouam.

14. Neque est inter infideles.

Est tamen ex parte fidelis de legitima licentia contrahentis eum infideli.

Confir-



Confirmatur III. quia de facto sæpè fit, ut fideles contrahentes, etsi ambo recipiant Sacramentum, tamen defectu dispositionis unus tantum recipiat gratiam; imò posset esse Sacramentum tantum ex parte unius, si videlicet alter non intendat Sacramentum suscipere, modò tamen saltem intendat alteri ministrare. Neque hæc ratione inconveniens est, quòd infidelis ministraret fidei Sacramentum, si non desit intentio. Ministraret namque Sacramentum capaci; uti cum tali contrahit. Sic enip posset etiam ministrare Baptismum non baptizatus. Neque Christus in Sacramento Matrimonii alios requisivit ministros, quàm contrahentes.

15.  
Initium per  
procurato-  
rem est ve-  
rum Sacra-  
mentum.

Petes: An contractus matrimonialis fit Sacramentum etiam dum initur per procuratorem? Resp. Aff. cum Doctoribus communiter contra Caietanum, Esium, Sylvium & quosdam alios. Ratio est: quia secundum Conciliorum indefinitam doctrinam Christus matrimonium fidelium exivit ad dignitatem Sacramenti; Matrimonium autem initum per procuratorem est verum Matrimonium fidelium, nec est apprens ali qua ratio, ob quam sit excipiendum à doctrina indefinita Conciliorum.

Dices: Ergo absenti, etiam dormienti conferetur effectus Matrimonii. Resp. Conc. Seq. si non sit obex: sicut sensibus destituito tribuitur effectus extremæ Unionis. Unde debet contrahens conari, ut sit in statu gratiæ pro tempore, quo prudenter putabit perficiendum fore contractum & Sacramentum. Quod si negligat, ex tunc peccabit ratione periculi, cui Sacramentum quoad operationem exponit.

16.  
Idem est de  
initio per  
scripturam,  
vel seclusâ  
lege Tridenti-  
ni) clauden-  
sinè.

Quod dictum est de Matrimonio inito per procuratorem, ob eandem profus rationem dicendum est de contracto inter absentes per scripturam. Idemque est de matrimonio inito clandestinè, quando adhuc erat validum: quidquid similiter pauci contradixerint. Idem denique est de celebrato per nutus: cum ad contractum vel ad Sacramentum Matrimonii non necessariò requirantur verba strictè dicta, etsi per illa regulariter perficiatur juxta Florentinum in Decreto. Nec oppositum indicavit Scotus 4. 26. q. 1. n. 14. malè relatus ab Aversa q. 1. de Matrim. sect. 5. ut inspicienti textum patebit.

17.  
Potest inter  
fideles ratio  
contractus  
validè sepa-  
rari à ratio-  
ne Sacra-  
menti.

Petes II. An inter fideles ratio Sacramenti possit à contractu validè separari seu excludi per intentionem? Plurimi satis probabiliter negant, inter quos Suarez, Praepositus, & valde mordicus Aversa q. 1. sect. 5. dicens, debere constans esse, quòd non. Nihilominus satis mihi placet responsio affirmativa, quam tenet Vasquez, Rebellus, Bonacina, Diana & plures alii. Nam Christus institutione suâ non invalidavit contractum aliàs validum, sed ei in natura sua invariato so-

lunt addidit dignitatem Sacramenti, quando sciunt adlunt reliqua ad rationem Sacramenti generaliter requisita, v. g. intentio &c. Et ob hoc contractus initus ab infidelibus non est Sacramentum defectu Baptismi prærequisiti; quàmvis alioquin sit contractus validus. Idem ergo est de fidelibus, si absit intentio Sacramenti, si vero adsit intentio contraria. Et quamquam Christus potuisset aliud voluisse, cum tamen id non satis confet, statum est pro valore actus aliàs ex natura rei subsistentis. Confirmatur: quia (ut testatur Basilius Pontius l. 1. de Matrim. c. 9.) id observant Inquisitores in judaizantibus, qui priùs solent fecerò contrahere, ut postea coram parocho certius rationem Sacramenti excludant: quorum tamen Matrimonium nunquam invalidum judicatur.

Nec obstat, quòd non possit dari validus Baptismus, Confirmatio &c. quin sit etiam Sacramentum: nam Baptismus (idem est de aliis Sacramentis) antecederet ad Christum institutionem nullum habebat valorem, ut contractus Matrimonii. Unde Baptismus esse validum, formaliter est idem, quòd esse Sacramentum, si quòd esse certum sacrum signum à Christo institutum: neque alius est in eo valor, quàm esse Sacramenti. Quare doctrina Conciliorum asserentium Matrimonium in nova Lege esse Sacramentum, est intelligenda suppositis supponendis, scilicet Baptismo in contrahentibus ac debita intentione.

Dices I. Ergo non erit illicitum excludere Sacramentum; cum id nullibi sit prohibitum: immo rectè facturi videntur, qui scientes malum statum suum, sic evitent sacrilegiam suspensionem Sacramenti. Quæ planè sunt absurda, & præter mentem Ecclesiæ, atque existimationem fidelium; ut ait Aversa. Resp. Neg. Seq. nam oppositum in institutione Sacramenti censetur Christus voluisse: quòd satis ex sensu communi & usu patet, ac ex eo quòd idcirco Ecclesiæ in contracturis requiratur statum gratiæ. Quæ etsi satis probeat esse illicitum, non tamen esse invalidum. Quòd autem objicit Aversa tamquam absurdum, sequi quòd ratione intentionis posset esse in uno, & non in altero Sacramentum; non Consequentiam admittentes, Consequens verum, non absurdum putamus.

Dices II. Omne Matrimonium fidelium consummatum est omni casu indissolubile, idque ob rationem inseparabilem Sacramenti. Resp. non ideo; sed quia est baptizatorum. Cum etiam conjugium infidelium eo ipso quòd baptizantur fiat omnino dissolubile; & tamen non fiat propterea Sacramentum juxta dicenda n. seq. Et quamquam fieret eo ipso Sacramentum, ut contendit Aversa q. 1. sect. 6. consequenter fieret in illo etiam, qui solus converteretur ad fi-



ad fidem & Baptismum, ut similiter adicitur *Aversa sup.* & tunc non fit de ipso Matrimonium omnino insolubile.

Nihilominus à parte rei falsum est Matrimonium infidelium per susceptionem Baptismi transire in statum Sacramenti, sive vi prioris contractus, ut vult *D. Thomas, Paludanus, Codarrivias, Vega, Sanchez, Becanus*, quos citat & sequitur *Aversa supra*: sive per novum consensum & quasi innovationem Matrimonii post Baptismum, ut *Capreolus, Ekins, Bonacina* & alii apud *Aversa*: quemadmodum etiam Matrimonium fidelium, qui dum contraxerunt, excluderant rationem Sacramenti, non transiunt postmodum in statum Sacramenti, si ipsi conjuges penitentia ducerentur, aut postea renovarent consensum ex intentione Sacramenti. Christus namque dignitatem Sacramenti non annexit innovationi aut perseverantiae Matrimonii, sed ipsi contractui; quo nomine intelligitur ipsa actualis contractio & inductio vinculi matrimonialis. Nec potest Baptismus subsequens facere, ut qui ante contraxerunt, recipiant Matrimonii Sacramentum, uti non facit, quod cessantur contrahere Matrimonium seu inire contractum. Nullum etiam aliud Sacramentum potest perfici, nisi ordine temporis post Baptismum post quem nequit iniri novus contractus, nisi actum agendo, & factum ratificando.

Petes III. quando Christus Matrimonium elevaverit ad dignitatem Sacramenti? Resp. cum *Secund. 26. n. 73. Sanchez* & aliis communibus, id sero familius contigisse tunc, quando dixit *Matth. 19. Quod Deus conjunxit homo non separet.* Ratio est: quia Christus ibi renovat Matrimonii insolubilitatem, addoque congruebat ut simul adderet rationem Sacramenti, maxime cum in Evangelio locus opportunus non reperiatur. Et quamvis tempus, quo id factum fuit, particulariter & certo non sciretur, sufficere debet, quod certum sit, id factum esse per Christum.

QUÆSTIO III.

De Materia, Forma & Ministro hujus Sacramenti.

DEICO I. Materia hujus Sacramenti sunt corpora contrahentium: Forma est consensus legitime & sensibilibiter expressus. Ita *Antoninus, Paludanus, Adrianus, Covarrivias, Petrus Soto, Vasquez, Bellisonus, Layman, Comitalus & Babilus Pomius*, ut refert *Aversa q. 1. sect. 3.* Probatum 1. quia materia & forma hujus Sacramenti merito censetur eadem, quæ ipsius contractus; cum Christus contractui in natura sua invariato solum addiderit dignitatem Sacramenti: sed con-

tractus matrimonialis materia sunt corpora contrahentium, forma est consensus sensibilibiter expressus: ergo eadem sunt materia & forma Sacramenti. Quia tamen corpora contrahentium sunt contractui extrinseca instar objecti & materiæ circa quam; idcirco non sunt materia Sacramenti intrinseca & essentialis, sed essentialiter præsupposita. Quod sufficit intento *Concilii Florentini in Decreto de Armenis*, dum docet Sacramenta perfici rebus ut materiâ, verbis ut formâ, & personâ Ministri. Non enim voluit Sacramentum hoc habere aliam materiam, quàm habeat ipse contractus: materia autem contractus vocatur ipsummet objectum aut res de qua contrahitur; pro ut merces dicuntur materia emptionis &c. Sicut autem nemo in aliis contractibus est sollicitus ad inveniendam aliam materiam ex qua, sic nec debemus esse solliciti in presenti.

Probatum II. quia in hoc Sacramento nil occurrit, quod melius sortiatur rationem materiæ & formæ. Non enim potest dici primò cum *Angles, Petro Ledesma, Sanchez, Villalobos, Suarez, Coninck* & aliis apud *Aversa q. 2. sect. 3. s. Octavo*, signa expressiva consensûs esse sibi invicem materiam & formam sub diversa ratione, materiam quidem, quatenus sunt traditio corporis ad usum matrimonialem; formam verò, quatenus sunt traditionis ab altero factæ acceptatio. Nam tunc etiam in aliis contractibus traditio rei deberet dici materia, & traditionis acceptatio forma; quod est inauditum. Et merito: quia acceptatio non censetur determinare traditionem, sed utraque per modum completi unius entis moralis afficit & determinat objectum contractus. Deinde sic ad summum intercederet distinctio rationis inter materiam & formam Matrimonii; immo cum Matrimonium ipsum sit essentialiter traditio mutua, eo ipso est acceptatio; ita ut eo ipso quod tradit quis corpus suum alteri, etiam acceptet corpus alterius; etsi non sint actus distincti, primus quo quis dicat se tradere corpus suum alteri, & secundus quo acceptet corpus alterius.

Hinc etiam resutata manet opinio Cardinalis *Lugo disp. 2. de Sacram. in genere sect. 1.* qui in hoc differt à præcedenti opinione, quòd loco acceptationis ponat obligationem, & hanc dicat esse formam. Sed quæ potest in hoc contractu cerni obligatio sive actio obligativa distincta à traditione? Quare cum traditio secundum ipsum sit materia, similiter materia erit ista obligatio: nisi recurratur ad obligationem præviam sponsalium, quæ impertinens est, & potest non præcessisse; vel ad vinculum permanentis, seu obligationem in facto esse, in qua utique non consistit contractus, sed in active se obligando; quod non distinguitur à tradi-

22. Non possunt signa expressiva consensûs dici sibi invicem materia & forma.

23. Vel quòd traditio sit materia, obligatio vero forma.



traditione. Et si distingueretur, potius præceperet, adeoque non posset dici forma respectu traditionis.

Non videtur enim verba prius loquens dicitur materia; posterior loquens forma.

Non potest etiam dici cum *Richardo* & aliis, verba prius loquentis conjugis quatenus informata interiori consensu esse materiam, verba verò posterioris loquentis esse formam: nam alioquin ratio materiæ & formæ desumeretur ex sola præteritate aut posterioritate casuali temporis. Deinde si utriusque consensus exprimeretur simul, non posset iuxta hanc sententiam assignari materia vel forma.

24. Non denique cum *Navarro* eo, nisi interius fiat materia; signa verò expressiva, forma: aut contra.

Præterea dici nequit cum *Navarro*, *Valentia* & aliis, consensum internum esse materiam, signa autem expressiva esse formam; vel e contra cum *Nonnullis* aliis, signa expressiva esse materiam, consensum verò formam: tum quia non solet in aliis contractibus (de quibus tamen est simili causa) consensus internus assignari pro materia aut forma, uti nec signa expressiva illius pro forma vel materia: tum quia in ordine ad contractus, consensus & signa ejusdem expressiva censentur quid unum: tum denique quia consensus internus ut distinctus signis externis, non est sensibilis; prout esse totalis materia vel forma debet. Specialiter autem contra statuentes formam Matrimonii in interno consensu facit, quòd cum hic præcedat exteriorem expressionem, & per illam compleatur, congruentius videatur ei adscribi ratio materiæ, quàm formæ, uti faciebat *Navarrus*.

Qualiter opinio *Navari* de sensu dei possit.

Cujus quidem opinio videtur posse defendi, dicendo, quòd etiam sit liberum, etsi non ita solitum, in aliis contractibus consensum interiore vocare materiam: quòdque non obstante quòd sit insensibilis, possit esse totalis materia Sacramenti, veluti ad quod sufficiat unam partem, v. g. formam esse sensibilem, per hanc verò materiam fieri sensibilem. Superest adhuc opinio *Cani*: quæ commodius reselletur seq. *Concl.* ubi pariter de Ministro agetur.

25. Ministri Sacramenti hujus sunt ipsi Contrahentes.

Dico II. Ministri hujus Sacramenti sunt ipsi contrahentes. Ita communissimè *Dotores* contra *Melchiorum Canum*, *Guilhelmum Estium*, *Sylvium* q. 42. *Supplem. a. 1. q. 1. c. 2.* & paucos alios existimantes Ministrum esse sacerdotem, & verba ejusdem formam, verba verò contrahentium esse materiam, quæ proinde sine illis conficiant contractum civilem, non Sacramentum. Sed horum opinionem *Vari* notant esse temerariam aut improbabilem. Quidquid autem sit de censura,

Probatur Conclusio: nam olim Matrimonia sine Parochi presentia celebrata erant valida & rata; & adhuc modò sunt in locis, in quibus Tridentinum non est receptum, vel in locis Hæreticorum, in quibus nullus Parochus est, vel non datur ad eum tutus accessus: & consequenter

nihil necesse est iis ad rationem Sacramenti. Confirmatur: quia Concilia absolute docent Matrimonia fidelium, esse Sacramentum: nec plus requirunt ad substantiam Sacramenti, quàm ad veritatem matrimonii, suppositâ scilicet sufficienti intentione. Specialiter *Florentinum*, quod singulis Sacramentis totam essentiam & Ministerium assignat, cum dixisset: *Septimum est Sacramentum Matrimonii*, subdit: *Causa efficiens Matrimonii est mutuus consensus pariter verba de presentia expressa*; in quo proinde totam essentiam & ministerium ponit, Confirmatur II. quia etiam cum assistit Parochus, etsi taceat, sufficit substantia Matrimonii, prout habet declaratio Cardinalium relata ad *sess. 24. c. 1. de Reform. Matrimo.* Et quàmvis aliquid loquatur, tamen ante verba ipsius jam Sacramentum est. Unde *Tridentinum* assistentiam Parochi solum requirit tamquam conditionem necessariam ad valorem contractus; uti & requirit assistentiam testium. Quare etiam non assignavit certa verba à Parochis proferenda, sicut in formis Sacramentorum: sed hoc relinquit cuiusque Provinciæ consuetudini, dicens: *Si Parochus audeo consensu utriusque dicat: Ego vos in Matrimonium conjungo* (id est, conjunctos declaro, approbo, conjunctionem vestram benedico, nomine videlicet & auctoritate Ecclesiæ) *vel utatur aliis verbis, juxta receptum uniuscujusque Provinciæ ritum.* Retundit proinde *Palavicinus* l. 23. *Hist. Trid. c. 9. n. 15.* mendacium *Suavis* affirmantis de falsis fuisse voces illas à Parochis præscriptas, eaque non alio tendere, nisi ut brevi dogma fidei conficiatur, eas esse formam Sacramenti. Cum enim ipsi *Patres* Tridentini censerent clandestina Matrimonia esse Sacramenta, qui intencissent fieri dogma fidei, quod *Suavis* somniat? Immo illa sententia ægrè toleratur, & à pluribus censuratur post *Tridentinum*; tantum abest, ut Ecclesia eò tendat, ut id tamquam dogma fidei declararetur. Ita *Palavicinus*.

Nec est absurdum, quòd hoc Sacramentum ob peculiarem rationem contractus exigat duplicem partialem Ministerium. Similiter absurdum non est, laicos, immo etiam feminas esse Ministros hujus Sacramenti; sicut absurdum non est ipsum contractum Matrimonii esse elevatum ad dignitatem Sacramenti. Pariter non est absurdum, hoc Sacramentum perfici valere sine alia cerimonia sacra: cum impletur contractus, quatenus à Christo elevatus & debita intentione adhiçtus, sit sacra cerimonia, uti *Papismus*. Quod insuper allegat *Sylvius* sequi fore, ut Sacramentum hoc perficiatur opere quod non potest absque gravi peccato fieri, scilicet copulâ carnali animo maritali factâ post sponsalia, seclusâ lege irritante Matrimonia clandestina, antea semper ab Ecclesia ven-



tita? Hoc (inquam) non urget: nam conjunctio clandestina non est intrinsece mala, nisi justissime prohibita: idemque proinde iussit de præfata copula. Præterea dum Rituale Romanum inter Sacramenta, quorum administratio ad Parochos pertinet, recenset Matrimonium Tit. de his que in Sacram. Administ. generaliter servanda sunt, id intelligit, in quantum Parochus tamquam Ecclesiæ minister debet contractui assistere, ac etiam denuntiationes præmittere, & postea benedictionem solemnem impartiri, ut patet ex eodem Rituale Tit. de Sacram. Matrim. ubi cautè abstinèt à nomine Ministri: quod nomen tamen non tacet, dum in particulari agit de aliis Sacramentis. Simili ratione explicanda sunt, aut certè non ad-

mittenda, quæ ex nonnullis Manualibus & Synodis congerit Sylvius *suprà* *quæstio* 1.

Dices: si Contrahentes sint ministri, necessariò debent habere intentionem, non solum contrahendi Matrimonium, sed etiam conficiendi Sacramentum: hanc autem plerique non habent, qui de hoc nihil sciunt, aut certè non cogitant. Resp. illos habere hanc intentionem virtualiter, saltem implicite & confuse: sententur enim velle matrimonium inire more Christiano, sive facere quòd fideles faciunt; quod sufficit. Si tamen alicui deesset intentio sufficiens ad conficiendum Sacramenti, non subsisteret Sacramentum. An autem tunc adhuc subsistat matrimonium in ratione contractus, dictum est *suprà* n. 17.

27.  
Contrahentes  
tibus  
cessaria est  
intentio Sa-  
cramenti.

## DISPUTATIO TERTIA.

### De Consensu Matrimoniali.

#### QUESTIO I.

An & quorum Consensus requiratur & sufficiat ad validitatem?

**D**ico I. Ad valorem Matrimonii adeò necessarius est consensus ipsorum contrahentium, ut suppleri non possit per ullam potestatem, nisi divinam. Est certum apud omnes. Ratio est: quia soli contrahentes habent potestatem suorum corporum ad tradendum super illa dominium in usum conjugalem: nec ex ullo capite constat reipublicæ aut principibus concessam esse hanc potestatem independentem à consensu ipsorum contrahentium. Quare nec unquam eà usi sunt. Neque etiam eam dari, aut per se competere expediret bono communi: siquidem continua vitæ societas, mutua conjugum charitas, indissolubilitas, & aliæ Chæra matrimonii omnino exigunt, ut nemini imponantur, nisi libere consentienti. Ad summum autem posset respublica in certo casu aliquos per mandatum urgere ad inendum Matrimonium, & consequenter ad præbendum consensum. Quare etsi adsint verba externa, & millies repetantur, copulaque sequatur, nihil fiet, si desinat interior consensus, qui hic essentialiter requiritur, nec potest humanitus suppleri, etiam quoad effectum, secus quam in aliis contractibus. Quàmvis in foro externo standum sit verbis externis, in quo de internis humanitus ignotis, judicari non potest, nisi quatenus producantur per signa externa.

Dixi in Conclusionem, nisi divinam: nam Deus tamquam supremus & absolutissimus

*Henricx Sum. Theol. Par. IV.*

Dominus posset tradere duobus v. g. dominium in mutua corpora ad usum conjugalem: si enim id possint ipsi homines per se, cur non idem possit Deus? Sicut dominium in servum quod acquiritur per emptionem aut donationem, potest etiam comparari per solam Dei voluntatem, sic ut sequatur eadem justitiæ obligatio servi ad dominum. Ex quo sequitur contra Sanchez & alios Deum posse per se inducere vinculum matrimoniale: hoc enim vinculum nihil est aliud, quàm perpetua obligatio consequens potestatem in mutua corpora: perinde autem est, utrum oriatur ex contractu, an ex alia causa. Quod autem non posset vinculum istud appellari cum reduplicacione, quatenus ortum ex conjugio seu contractu conjugali, qui non præcessit, parum refert: eò quòd hoc tantum sit denominatio extrinseca. Nam erit nihilominus vinculum justitiæ ortum ex largitione seu traditione divina, quâ Deus dat utrique jus in mutua corpora, simile planè illi, quod oritur ex contractu oneroso, quo ipsi contrahentes tale jus invicem tribuunt. Confirmatur: quia etsi consensus conjugum sit de essentia Matrimonii, prout est contractus, qui in ipso consensu formaliter consistit; non est tamen de essentia vinculi matrimonialis, sed est causa efficiens illius, quam proinde supplendo potest Deus per se inducere illud vinculum, etsi non possit per se facere, ut sit Matrimonii contractus. Simili ratione posset Deus supplere consensum in ordine ad Statum religiosum quoad obligationem justitiæ, aut etiam religionis. Esto obligationem specificam fidelitatis ad Deum, veluti præsupponentem essentialiter promissionem, non posset Deus ipse per se statuere.

Zz tuere.



tuere. Quod non obesset præmissis. Hic enim agitur de vinculo iustitiæ; quidquid sit de obligatione conjugum, quatenus foret ex parte spectans ad fidelitatem.

**DICO II.** Solus consensus conjugum sufficit ad valorem Matrimonii. Est certum contra Lutherum & varios recentiores Hæreticos, quorum opiniones vide *apud Bellarminum l. de Matrim. c. 19.* Patet ex *Trid. sess. 24. c. 1. de Reform.* ubi eos anathemate damnat, qui falso affirmant, matrimonia à filiis familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse. Et ex *c. Sufficiat 27. q. 2.* ubi Nicolaus Papa ait: Sufficiat secundum leges solus eorum consensus, de quorum conjunctionibus agitur. Qui consensus si in nuptiis solus fortè defuerit, cetera omnia etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. Patet etiam, quia nullibi extat jus divinum, quo requiratur ad valorem Matrimonii consensus aliorum, præsertim parentum. Immo in Scriptura *Gen. 28.* legitur Esau duxisse uxorem non requisito consensu parentum: & Jacob unâ exceptâ duxit reliquas in scias parentibus: Tobias quoque ex consilio Angeli parentibus in scias Matrimonium iniit: quæ tamen matrimonia nemo dixerit fuisse irrita. Nihilominus seriò actum fuerat in Concilio Tridentino, ut irritarentur Matrimonia deinceps contracta à filiis absque consensu parentum; instantibus Oratoribus Gallis: quippe quæ plerumque noxia, ac familiis indecora, & odiorum potiùs quàm amoris fomes inter cojuges. Verum quo simul remedium adhiberetur parentum fœcordiæ in filiorum statu curando, certus numerus annorum præscriberetur; quo absoluto, si nondum filius à parente in Matrimonio fuisset collocatus, fas illi esset per se ipsum uxorem ducere. Ita refert *Palavicinus l. 22. Hist. Trid. c. 1. n. 16.* Unde eodem referente *c. 4. n. 3.* concepta fuerat forma Decreti: Præterea eadem Synodus irrita facit ea Matrimonia, quæ contrahuntur à filiis familias ante 18. annum completum, & à filiabus ante 16. completum absque genitorum consensu. Circa quam postea nonnullæ seu variæ limitationes fuerant adjectæ, ut videre est apud *Palavicinum c. 8. n. 10.* Tandemque penitus sublata fuit, confecto de solis Clandestinis decreto, prout hodie in textu cernitur. Vide *Palavicinum l. 23. c. 5. n. 17.*

Objiciunt Hæretici varia jura. Sed quod ad Jus Civile attinet, vel loquitur de honestate, vel sanè correctû est per Jus Canonicum, sicubi vellet Matrimonium sine consensu parentum esse irritum. Et quidem *Cujacius* cum aliis existimat ejusmodi matrimonia Jure Civili non fuisse irrita. Oppositum autem contendit *Basilius Pontius l. 2. c. 1. n. 21.* dicens esse communem sententiam. Quam *num. seq.* referens *Wesembecium* limitat sive explicat, ut quidem invalida & dissolubilia fuerint ante copulam, valida

tamen fuerint post copulam. Quod planè incongruenter statutum fuisset.

Ex Jure utem Canonico potissimum videtur *Chalier 30. q. 5.* ubi ex *Christo Papa* dicitur: *Aliiter legitimum non fit conjugium, nisi ab his qui super eam feminam dominionem habent, & a quibus custoditur, uxor petatur, & parentibus & propinquieribus sponsetur.* Verum Pontifex eodem tenore addidit alias conditiones; quæ si pariter necessariae forent, nulla apud Hæreticos, nec modernos forent legitima conjugia. Subditur enim: *Et suo tempore sacerdetaliter, ut mos est, cum precibus & orationibus, id est, sacrificio, à Sacerdote benedicatur &c. Et biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant.* Aliæ insuper conditiones ibidem requisitæ ita sunt extrinsecæ & accidentariæ, ut stultum sit credere, si illis conjugium esse irritum; quales sunt, ut feminam paranympsi custodiant, ut legitime ipsa dotetur, & solemniter accipiatur &c. Vult itaque *Everissus* sic legitimum esse conjugium, si hæc omnia adsint, nisi contra quantum ad apparentiam & præsumptionem non sit legitimum, si eadem desint, & conjugium occultè sine testibus ullaque solemnitate contrahatur. Quamvis *Basilius Pontius sup. n. 5. & seqq.* contendat ab initio quidem & per aliquam sæcula fuisse consensum parentum in Ecclesia necessarium ad valorem Matrimonii, sed conditionem hanc postea fuisse sublatam. Plura vide apud *Bellarminum. sup. c. 20.*

Possent etiam moveri difficultates speciales de conjugii servorum seu mancipiorum. Sed constat similiter apud omnes Theologos & Juristas, ea esse legitima circa consensum dominorum. Estque expressè decisum *c. 1. de conjugio servorum.* Ratio est: quia facultas hæc in proprium corpus ad propagandum semen, & remissionem concupiscentiæ non potest tolli per dominum, nec ei prævalere potestas domini: qui solum habet jus ad obsequia civilia; debetque tolerare, nisi per usum & onus conjugii non remaneat servus ad omne obsequium deo expectatus. Varia porò quæ circa horum conjugia quæri possent, quia in his & plerisque aliis regionibus non veniunt usui, censui non esse expressè tractanda. Videri potest *Sanchez, Pontius & alii* suis locis.

#### QUESTIO II.

Qualiter Consensus parentum requiratur ad licitè inveniendum Matrimonium?

QUAMVIS solus contrahentium consensus sufficiat ad Matrimonii valorem; tamen ex maxima saltem congruentia & honestate non debent proles absque parentum consensu & approbatione certum matrimonium

3.  
Solorum  
contrahen-  
tium cõsen-  
sus requi-  
ritur ad  
valorem.

De irritan-  
dis qua sine  
parentum  
consensu  
contraher-  
entur, vel  
quid actum  
in Triden-  
tino.

4.  
Explicatur  
Jus Civile.



monium eligere; nisi excusentur iusta causa. Nam omnia iura & ratio honestatis naturalis, ac ipsa regula humani convictus, & familia id planè demonstrant; ut proinde proles inconsultis aut invitis parentibus rem adeò gravem, unde totum vitæ institutum pendet, aggredientes, non sint omnis tulpæ, saltem venialis, expertes. Idem confirmat iusta apud omnes Nationes parentum indignatio, quam ostendunt prolious se inconsultis aut invitis matrimonium ineuntibus.

Possunt tamen proles secus facientes subinde excusari, v. g. si (quod interdum fit) parentes indiscretè vellent impedire matrimonium planè dignum & utile, aut tentarent filios indigno vel molesto matrimonio copulare, aut negligenter vel nimium differrent prolious de convenienti matrimonio providere, aut nimis durè tractarent proles: quæ proinde hoc medio ex eorum iugo conarentur evadere, aut ob similes causas. Quamvis pro seminis major cautela sit necessaria, utpote quæ magis parentum curæ subdantur, & arctiori pudoris honestate tenentur.

Loquendo autem de obligatione gravi, seu sub mortali fatendum in primis est, eam frequenter posse subesse, saltem per accidens: ut si imminèant gravia scandala, pericula, honorum amissio, gravia odia & discordiæ. Item si matrimonium sit indignum cum notabili dedecore & ignominia familiæ.

An verò seclusis extrinsecis incommodis (quæ frequenter adsunt) proles graviter obligentur, ut non contrahant matrimonium inconsultis & invitis parentibus. Multi probabilissimè affirmant. Plures alii (ut Vasquez, Sanchez, Coninck) existimant proles quidem graviter obligari ad petendum consilium, si tamen parentes requisiti consensum negent, posse per se loquendo liberè matrimonium honestum inire.

Sed non improbabile videtur, proles, spectatis iuribus de facto constitutis & seclusis extrinsecis incommodis, ad neutrum graviter obligari: iura enim & rationes ex natura rei petitiæ tantum ostendunt maximam congruentiam & decentiam, non autem gravem semper ac per se loquendo obligationem. Confirmatur: quia unicuique per se libera videtur electio vitæ ac determinatio status: & in hoc salii sunt in rigore sui iuris; maxime circa matrimonium, quod summam requirit libertatem, & ex naturali propensione contrahentium præcipuè dijudicandum est. Unde nec parentes possunt cogere filios, ut matrimonium contrahant, aut ut volentes contrahere contrahant cum tali persona: & proinde nec possunt cogi, ut abstineant à matrimonio, vel simpliciter, vel contrahendo cum tali persona. Et quamquam subinde oblige-

Herincx Sum. Theol. Pars IV.

tur quis consilium petere, ubi non tenetur sequi: hic tamen ad neutrum videtur graviter obligari. Immo quandoque parentes ægrius ferrent matrimonium ipsis consultis sed repugnantibus, quam contractum ipsis insciis, & prolious alio prætextu se excusantibus. Quare pro hac sententia stat Henriquez, Victoria, Aversa q. 3. sect. 7. & sarracenus d. 29. n. 12. Pro eadem etiam referri possunt, qui simpliciter asserunt licere filiis contrahere independentè à parentibus, ut D. Thomas, Ledesma, Victoria, Viguerius, Abbas, Hostiensis, Covarruvias & alii, cum Theologorum Juristæ, ut refert Aversa supra, explicans illos, quod solum obligationem sub mortali negare voluisse videantur.

De pœna contrahentium contra parentum voluntatem censent quidam eos posse exheredari Jure Civili, si nuptiæ sint indignæ, saltem si filia nubat indigno. Sed facultas exheredandi per Novellam II 5. c. 3. §. 5. videtur sic restricta, ut sola filia possit hereditate privari, quæ minor 25. annis existens, parentibus eam dotare volentibus, matrimonium respuit, & luxuriosam vitam agit, aut sanè etiam major 25. annis servo five mancipio nubat.

An proles insciis aut invitis, parentibus contrahentes possint exheredari.

Præter jus commune referuntur in Hispania leges speciales, quibus exheredari possunt nubentes sine parentum consensu. Et in Belgio Constitutione Caroli V. anno 1540. 4. Octobris, cautum est, ne liberi, masculi minores 25. annis, quàm femine minores 20. annis, absque consensu parentum, vel, si iis careant, proximorum consanguineorum, aut non adhibitâ Magistratus auctoritate, nuptias præsumant contrahere; idque (inter alias pœnas Notariis contractus scribentibus, matrimonio assistentibus &c. inflictas) sub pœna submotionis ab omni donario, & quovis lucro vi matrimonii, consuetudinis, testamenti, donationis, aut quomodocumque ex bonis compartis obventuro: tametsi postea matrimonio consummato consensus debitus supervenerit. Quod tamen edictum notat Zypæus in Notit. Juris Belgici Tit. de Sponsal. & Matrim. ferè agere de specie raptus & clandestinis matrimoniis, quæ dolis & malis artibus conciliantur, in quas fertur, & in iis pœnas proponit. Denique Philippus IV. anno 1623. 23. Novembris, minores 25. annis nubentes absque consensu parentum, aut (si obierint) tutorum & curatorum proximorumque consanguineorum utriusque lateris, privat omnibus emolumentis, quæ ab invicem alterutri obvenire possent per donationem, successionem &c. irritans omnes conventiones & donationes in alterutrius utilitatem factas, etsi postea consensus parentum superveniret: dans quoque facultatem parentibus exheredandi hujusmodi proles, non admittit quærelâ sub prætextu legitimæ

Quid de hoc statu per Principes Belgii.



dotis &c. Majores tamen 25. annis non comprehenduntur; salvo tamen eo, quod parentes sive amici fuerint saltem agniti.

10.  
Ambujus-  
modi statu-  
ta sint va-  
lida attento  
jure Cano-  
nico.

Contendit autem Sanchez l. 4. de Matr. d. 25. hujusmodi statuta non habere valorem, esseque correctata aut corrigenda attento Jure Canonico, quod potius favet libertati matrimonii, jubetque causas & leges matrimoniales spectare ad Ecclesiam, & non ad laicam potestatem, c. Tuam de ordine Cognit. & c. Causam 2. qui filii sint legitimi, & c. 1. de Sponsalibus, & Trid. sess. 24. can. 12. de Matr. Quare sicut lege civili non potest Matrimonium sine consensu parentum contractum irritari, sic nec videtur posse prohiberi & puniri, eo quod constituere impedimenta Matrimonii, etiam tantum impedientia seu prohibentia, sit reservatum Ecclesiasticæ potestati. Nihilominus talium statutorum vim propugnant constanter Molina, Basilius Pontius & alii, & probabilissimum censet ipse Sanchez sup. Idemque indubie in secularibus tribunalibus iudices censent. Videri potest Pontius l. 2. c. 1. n. 9. & 30.

### QUÆSTIO III.

#### Qualiter Consensus Conjugum sit exprimendus?

11.  
Consensus  
conjugalis  
debet exte-  
rius expri-  
mi.

CONSENSUS non sufficit internus, sed debet exterius exprimi. Id enim requirit, tum ratio contractus humani & mutue traditionis atque acceptationis: tum ipsa ratio Sacramenti, cujus pars essentialis est sensibilis expressio interni consensûs. Quare dum c. Cum locum, de sponsal. dicitur Matrimonium contrahi solo consensu; subintelligit expressio per signa, ut patet ex textu, & c. Licet, de sponsa duorum. Similiter quod c. Tua, de sponsalibus dicitur: Matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri & mulieris consensum, sed necessaria sunt quantum ad Ecclesiam verba consensum exprimentia de presenti; intellige hoc modo, quod Ecclesia requirat, ut consensus, qui alioquin etiam per nutus posset declarari, exprimat, dum potest, per verba, ut certius Ecclesiæ constet. Ex quo pariter & ex usu Ecclesiæ (quæ non admitteret nutus in potente loqui) colligit Aversa q. 3. s. 2. referens Rodriguez, Petrum Ledesma & Sylvium esse ad hoc gravem obligationem. Quamvis nullum de hac re extat præceptum contendat inter alios plures Sanchez l. 2. d. 31. n. 10. in consequenter asserens secus facientem peccare venialiter; quod proinde consequenter etiam negat (secluso scandalo aut periculo dubitandi de valore, ex quo per accidens nasci posset etiam gravis obligatio) Basilius Pontius l. 2. c. 7. n. 14. & Castro Palao d. 2. p. 7. n. 5. merito addens, saltem maxime convenire, ut consensus per verba exprimat.

Ex usu Ec-  
clesiæ per  
verba.

Id præsertim certum est verba non requiri ad valorem, non tantum in non valentibus loqui (de quibus id expressum est in jure colligitur ad minus ex Florentino in Decretis) sed etiam in aliis. Nullibi enim matrimonium secus à quoquam initum irritatur; sed solum, si nec factio, nec verbo consenserit, c. Fin. de Conjugio servorum. Unde sponsalia olim transibant in matrimonium per copulam. Et Florentinum sup. docet matrimonium contrahi regulariter per verba, non quod hæc sint regulariter necessaria ad valorem, sed quod consensus requisitus regulariter soleat per illa exprimi.

Sufficiunt porro verba quæcumque exprimentia consensum & contractum de presenti. Sed sint clara, sic dubiis locus relinquatur. Idem est de aliis signis & nutibus, v. g. seria capituli, interrogacionem de traditione, & acceptatione inclinatio: manûs porrectio ad factam petitionem, ut si vult talen pro nunc in conjugem accipere, manum porrigat. Posset etiam ex usu ipsi tamquam signum sufficiens revire impositio & acceptatio annuli digito (quæ alioquin referri etiam potest ad sponsalia de futuro) maxime si ex parte unius conjugis interponantur verba denotativa contractum de presenti. Idem est, si parentes expriment consensum nomine prolium presentium & non contradicentium, c. un. de Despons. impub. in 6. Solebat etiam ante Tridentinum copula subsequens sponsalia esse signum consensûs de presenti c. veniens, c. li qui fidem, & c. Fin. de Sponsal. gignens præsumptionem juris & de jure, juxta c. qui fidem. Quamquam si consensus maritalis interius verè defuisset, coram Deo non fuisset quoque verum matrimonium.

Posset quoque per epistolam inter absentes fieri contractus matrimonii instar ceterorum, juxta Doctores communissimè. Estque expressum in Jure civili l. Mulierem ff. de Rit. nuptiarum, & l. Sufficit ff. de Sponsalibus. Et quidem servari etiam potest forma Tridentini, si nempe coram parrocho & testibus fieret declaratio consensûs & acceptationis scripto expressa, v. g. si sponsalia litteras sponsi coram eis proferens, in quibus is scribit se ipsam eligere ex nunc in uxorem, & ei se tradere in matrimonium, ipsa subjungat se similiter tradere alteri in uxorem, & acceptare factam sibi traditionem. Hic tamen modus contrahendi non est ita in usu.

Magis usitatum est in Ecclesiâ, ut fiat per procuratorem: estque etiam expressum in jure c. Fin. de Procuratoribus. Idem potest optimè fieri servatâ formâ Concilii Tridentini (quod solum egit contra matrimonium clandestina antea per Ecclesiam prohibita) dum Procurator consensum principalis, ejusdem nomine exprimat coram parrocho & testibus. Coram quibus etiam ad



QUÆSTIO IV.

Quomodo Consensus debeat esse liber à metu?

iam ad majorem securitatem congruit (quamquam putetur non esse necesse, cum mandatum procuratorium posset esse datum vivâ voce) exhiberi mandatum seu instrumentum procuratorium. Tunc autem substantia contractus & Sacramenti matrimonii non solum consistit in actu constitutivo procuratoris ad contrahendum, sed simul in ipso procuratoris ministerio; utpote quod est essentialiter perfectivum contractus. Nam certè ipsa expressio consensus conjugalis perficitur hoc ministerio, ac plene integratur partim ex mandato, partim ex actu executivo: & similiter ex illo actu quo profertur & publicatur epistola, si per illam fiat contractus. Quamquam procurator non ideo sit minister Sacramenti, aut debeat ex hac parte esse in gratia (esto generaliter adquirendum) quia non agit nomine suo, sed principaliter, cujus censetur actus, & qui mediante procuratore profert & adhibet suum consensum. Plura, quæ hac de re dici possent, quia ratiores sunt; videri possunt apud Sanchez & alios.

Inter consensum contrahentium sive expressionem unius & alterius sufficit moralis conjunctio, ut consensus & expressio prioris iuxta intentionem illius (quæ pro diversis casibus est diversa) censetur moraliter permanere, quando adhibetur ex parte alterius. Quare non debent simul & incontinenti exprimi, sive Jus vetus, sive Tridentinum spectes; ut patet dum contrahitur (quod & post Tridentinum potest fieri) per procuratorem, vel epistolam, quando interius consensus diu potest præcedere expressionem illius, & consensum alterius. Sic dum per epistolam aut procuratorem contrahitur, tardius durat, quantum temporis humano more intercedere solet, usque dum perveniat procurator aut epistola, & commode conveniri possit altera pars, ut adjungat eam debita solemnitate suum consensum. Non censetur alioquin permanere in consensu, aut intendisse, ut pars post habitam nōticiam possit ad annos differre suum consensum. Nisi id expresserit: in quo casu nullum est tempus taxandum, nisi iuxta ejus voluntatem non retractatam. Dum inter presentes contrahitur censetur prioris consensus non manere suspensus (nisi aliud exprimat, sed velle, ut etiam alter incontinenti, non recedendo ab illo congressu, adjungat suum.

Potes, in quod objectum debeat cadere consensus matrimonialis? Resp. certum esse, quod in essentialia contractui matrimoniali, sive explicitè sive implicitè, adeoque in mutuum & inseparabilem corporum traditionem, cum obligatione fidei servandæ & boni prolis, de quo quasi. 5.

CONSENSUM debere esse liberum à necessitate, sic ut physica necessitas (qualis est in perfectè amentibus, phreneticis, ebriis, dormientibus, pueris) aut coactio tollat valorem matrimonii, rarius est, quam ut discussionem mereatur. Qualiter obstitit error substantialis personæ, non autem accidentalis, agendo de impedimentis Matrimonii dicitur. Nunc inquirendum, an vel quis metus obstitit ejusdem valori. Pro quo

Nota I. Metum alium esse gravem, alium levem. Gravis est, qui cadit in constantem virum, seu quo rationabiliter timetur malum merito formidabile etiam viro alioquin forti & constanti, sive interim de facto forti animo illud superet, sive eidem cedat. Hujus varia exempla adducuntur à Doctoribus, v. g. rationabilis timor mortis, mutilationis, gravis carceris, stupri, privationis omnium bonorum vel notabilis partis, diturni exilii, atrocis cruciatûs, notabilis infamiae, gravis indignationis paternæ, vel eorum, sub quorum cura quis est constitutus. Denique metus eorum, quæ prudens judicare potest viro constanti esse merito formidabilia. Causant autem prædicta mala metum gravem, non tantum dum prudenter existimantur aut rationabiliter dubitantur imminere propriæ personæ, sed etiam (ut Plures notant) quando proximè conjunctis, v. g. parentibus, liberis, fratribus, sororibus, vel aliis, quorum mala solemus ut nostra apprehendere. Rationabilis denique timor (qui requiritur juxta Doctores omnes, re alioquin sit vani & levis hominis) censetur, quando jam alicui intentatur violentia, aut inferuntur minæ ab homine merito metuendo; sic ut malum sit verè imminens, quod metuens ipse non possit rectè evadere; secus, si possit sibi rectè consulere. Quare non sufficit, quod quis ex se solum suspicetur minas sibi inferendas, sive habeat suspicionem timoris: nam (ut dicitur L. Metum autem ff. De eo quod metus causa) metum presentem accipere debemus, non suspicionem inferendi ejus, sed si illatus est timor ab aliquo. Sunt quoque aliqui verbis jactantes, nihilque facientes; qui proinde rationabiliter non sunt metuendi. Quod prudens judicabit.

Advertunt insuper passim Doctores ultra prædictum metum, qui dicitur absolute gravis, dari alium respectivè gravem, qui est absolute non cadat in constantem virum, est tamen non minus gravis respectu hujus personæ, v. g. femine, senis

17. Consensus conjugalis debet esse liber à necessitate.

18. Quid sit metus absolute gravis.

Varia ejus exempla.

19. Quid metus respectivè gravis.





vel pueri, quàm alius respectu viri constantis. Et talis metus etiam sufficit in talibus personis ad rescindendos contractus juxta Sanchez, & alios communiter. Itaque quando dicitur timor cadens in constantem virum, debet amplè intelligi, ut includat etiam timorem qui cadit in constantem feminam, constantem senem vel puerum, et est, qui aptus sit concutere constantiam proportionatam talium personarum. Ad quod discernendum non potest alia regula determinata tradi, quàm prudens judicium. Ex quibus patet, quis sit metus levis, ille videlicet, quo spectatis omnibus circumstantiis non timetur rationabiliter grave malum.

Quis metus levis.

20.  
Alius est incensus ad extorquendum censuram, jus suum vel injus, alius non.

21.  
Metus gravis injuste incensus ad extorquendum matrimonium irritat illud.

Est si sit incensus à tertio.

Socius est de metu levi.

22.  
Aut justè incensus.

Nora II. metum aliquando incuti ad aliquid obtinendum, v. g. matrimonium: aliquando incuti alia de causa, v. g. si quis minetur alteri mortem ex odio vel ob injuriam, quam passus est. Potest autem utroque modo metus incuti justè vel injustè.

Dico I. Metus gravis injustè incensus ad extorquendum Matrimonium, illud irritat. Ita communiter Doctores & patet ex c. Cum locum, de Sponsalibus, ubi dicitur, Matrimonium solo consensu contrahi, eumque locum non habere, ubi metus vel coactio intercedit. Item ex c. Veniens ad nos. Et c. Consultationi quod, sit. Estque Conclusio vera, etsi metus sit incensus à tertio, ut patet ex c. Veniens, ubi agitur de metu illato à patre puellæ, non autem ab ipsa puella. Et c. Consultationi solum ponderatur, quòd metus sit illatus, non autem à quo.

Dixi in Conclusione, metus gravis: nam metus levis juxta Doctores communiter non solum non irritat Matrimonium in foro externo, verum nequidem in foro conscientie: etsi id putet Navarrus, & probabile censet Sanchez l. 4. d. 17. n. 4. Nam auctoritates loquuntur de solo metu gravi. Deinde metus levis censeri debet potius provenire ex libera acceptatione ejus, qui metum patitur, quàm ab extrinseco: ut proinde motivum adeò tenue ad tantam rem non obstat, quin adhuc censeri debeat talis spontè elegisse conjugium. Alioquin etiam plurimæ dubietates & prætensiones de nullitate matrimonii suborirentur. Accedit, quòd si talis metus irritaret in foro conscientie, ipso satis probato debet et justè etiam in foro externo matrimonium declarare irritum. Denique non desunt alia motiva externa, ut preces, blanditiæ, reverentia erga superiorem aut amicum suadentem matrimonium, quæ non minus valent ad flectendum animum & minuendam libertatem, quàm metus levis; & tamen non irritant matrimonium.

Dixi etiam, metus injustè incensus: quia justè incensus etiam ad extorquendum Matrimonium, non irritat illud, juxta Sanchez d.

13. Præcipuum & alios: nam Canones sive auctoritates tantum loquuntur de metu injustè incensus. Deinde per talem metum non irrogatur alteri injuria, sed potius injungitur, ut perficiat quod debet; vel certè proponitur ei modus, quo evadere possit supplicium quòd meretur, sive datur occasio tollendi metum ex natura peccati ortum. Sic v. g. qui alium justè accusare vel condemnare potest, minando accusationem vel condemnationem, non tenetur censeri inferre metum, quàm offerre alteri occasionem se liberandi à periculo mortis, in quod suâ culpâ se coniecit. Confirmatur quod variis casibus jus præcipit, & judex compellit sub comminatione poenæ, etiam excommunicationis, ad matrimonium, v. g. illum qui contraxit sponsalia, aut qui defloravit virginem sub spem & promissione matrimonii. Similiter metus gehennæ à Deo immixtus non officit validè implectioni sponsalium. Nec refert, quòd c. Veniens, 2. de Sponsal. videatur esse sermo de metu justè incensus, quem nimirum pater puellæ irruerat juveni cum illa de consensu. Nam metus iste erat injustus, scilicet presentaneæ necessitatis.

Dixi denique, incensus ad extorquendum matrimonium: quia metus à causa naturali, v. g. naufragio, morbo &c. ortus, vel etiam à causa libera ad alium finem illatus non irritat Matrimonium, juxta Sanchez l. 4. d. 12. n. 3. & alios communiter. Nam talis metus per accidens se habet ad matrimonium, & ex eo contrahens censetur potius moveri à seipso, quàm à metu. Unde matrimonium spontè quodammodo assumitur tamquam remedium ad evadendum malum alioquin sibi imminens. Quæ jura non censentur etiam agere de hoc metu.

Hinc valet Matrimonium contractum cum aliquo metu instantaneo mortis ex naufragio: prout etiam valent vota sic emissæ. Deinde si damnatus ad mortem ducat meretricem vel aliquam pauperem ei obstatam, ut mortem evadat ( prout quibusdam in locis usus habet ) valet matrimonium, idque et si sit condemnatus injustè, modo ob alium finem; & à quocumque hæc conditio offeratur, juxta Sanchez & alios. Equidem si gravamen sit injustum, videretur vis inferri ad extorquendum consentum, quando aggressor ipse, vel alius pro eo, & non potius gravamen injustum passurus matrimonium offerret. Similiter si Princeps obsidione pressus offerat matrimonium contrahendum cum filia obsidentis, ut sic obsidionem solvat, valet matrimonium, dummodo isto sine obsidio non fiebat. Plures casus videri possunt apud Sanchez supra d. 12.

Dico II. Matrimonium initum ex metu gravi ad hoc injustè incensus, est irritum jure divino. Ita Scotus d. 29. n. 7. & 8. D. Thomas, D. Bonaventura, D. Antoninus, Gabriel, Angles, jure Bar.



Bartholomaeus Ledesma, Basilus Pontius, Diana P. 4. Tr. 4. Resol. 239. Notandum, & plurimi alii, tum Theologi, tum Jurisperiti, contra Sanchez l. 4. d. 14. & plures Recentes, existimantes nullitatem provenire ex solo jure Ecclesiastico; quamvis ipsi Sanchez Conclusionem nostram valde probabilem censent; quod & alii non negant, sed potius plerique expressè affirmant.

Probatur I. quia Canones, quotquot de hac re agunt, non irritant Matrimonia si facta, sed irrita esse supponunt, utique ex jure aliquo sublimiori. Confirmatur: quia canones praec. Conclus. allegati nullitatem non revocant ad jus aliquod Ecclesiasticum, sed praecise ad defectum consensûs; qui requiritur jure divino, aut naturali.

Probatur II. quia contractus Matrimonii ex se requirit Consensum perfectè liberum, adeoque absentiam gravis metûs in illum finem injustè intentati: eò quòd jure divino aut ex natura sua sit perpetuus ac indissolubilis, & ad mutuum amorem ac fidem, prolemque amanter habendam, ac honestè educandam ordinatus: ad quæ ipse non videtur consensus tali metu extortus: cum ex tam violento principio nequeant felices exitus sperari. In aliis contractibus satis est provisum per hoc, quòd sint dissolubiles per potestatem humanam: at contractus Matrimonii est omnino indissolubilis; adeoque provideri oportuit per jus irritans naturale aut divinum. Videtur autem esse jus divinum, non quidem mere positivum, sed naturale saltem inchoativè, completivè autem divinum positivum. Pro contraria opinione, quæ etiam valde probabilis est, aegre collis.

Objicitur I. Nullibi reperitur jus divinum irritans hujusmodi Matrimonia, ergo &c. Resp. Illud satis reperiri, tum in ipsa natura contractus, quæ hoc exigat; tum in declaratione Ecclesiae, quæ matrimonia sic contrahenda non irritat, sed potius jam contracta supponit esse irrita, utiq; ex aliquo jure: sed non alio, quam divino; ergo &c.

Objicitur II. Validus est Baptismus ex simili metu susceptus; ergo & matrimonium, quantum est de jure divino. Resp. Neg. Conf. quia de Matrimonio constat, non autem de Baptismo: est enim dispar ratio. Nam ad Baptismum quilibet etiam obligatur jure divino, & estque res suscipiendi facilis: Matrimonium non est necessarium, & insuper valde difficile. Deinde Baptismus ex parte baptizandi consistit in susceptione, Matrimonium in actione: major autem libertas requiritur ad agendum, quam ad aliquid suscipiendum.

Objicitur III. Metus levis non irritat jure divino; ergo nec gravis. Resp. Neg. Con. nam de solo gravi Deus sic statuit. De metu etiam levi est dispar ratio, ut supra ostensum est. Sicut idcirco juxta alios

Ecclesia irritavit Matrimonium contractum ex metu gravi, non autem ex metu levi.

Objicitur IV. Dolus seu error accidentalis non irritat Matrimonium jure divino, ergo nec metus. Resp. Neg. Con. Sicut enim ob speciales rationes juxta alios Ecclesia irritavit contractum ex metu, & non contractum ex errore accidentali; sic ob illas potest idem fecisse Deus. Itaque dispar ratio est: tum quia dolus aut error accidentalis sic non adversatur mutuae dilectioni, uti capitaliter adversatur metus: tum quia non ita cogit per modum extrinseci, nec minuit libertatem circa substantiam contractus, uti metus, sed tantum circa accidentalia: tum quia dolus aut error accidentalis plerumque natus est contractui matrimoniali inesse (secus est de metu) ut proinde pleraque Matrimonia alioquin forent irrita.

QUESTIO V.

Qualiter sufficiat Consensus conditionatus?

NOTA conditiones alias esse de praeterito, alias de praesenti, & alias de futuro. Item aliquas esse impossibiles, aliquas necessarias, aliquas verò contingentes. Denique aliquas esse honestas, aliquas turpes: & ex his aliquas repugnare substantiae seu fini Matrimonii, aliquas non.

DICO I. Matrimonium initum sub conditione honesta de praesenti vel praeterito est validum, si subsit conditio; invalidum, si non subsit. Est communis & certa. Expattet ex natura ceterorum contractuum. Sub conditione honesta comprehendo etiam indifferentem, cum Sanchez & aliis communiter contra Paucos: nam eadem utriusque est ratio. Similiter conditioni de praeterito vel praesenti annumeranda est conditio, quæ scitur necessariò futura, ut si dicatur, Ego accipio te in meam, si sol cras orietur: nam talis conditio non censetur apponi ad suspendendum consensum usque ad eventum conditionis (nisi hoc expressè intendatur) sed ad majorem confirmationem contractus & consensûs praesentis; ut sensus sit, Tam verè quam cras sol orietur, accipio te in meam.

DICO II. Matrimonium initum sub conditione honesta contingenti de futuro est validum impletà conditione: si autem aliquid de conditione desit, est nullum. Patet ex natura aliorum contractuum, qui sub tali conditione initi tunc solum valere censentur, quando conditio est impleta, non autem antè; nec etiam, si quid ad conditionem defuerit. Estque speciale huic Sacramento, eò quòd sit contractus, & conditionem aliorum contractuum imitetur; quòd

27. Cur potius metus, quam dolus accidentalis irritet matrimonium.

28. Quæ conditionum varietas.

Matrimonium initum sub conditione honesta vel indifferenti de praesenti aut praeterito valet, si subsit conditio.

Quid de conditione, quæ necessariò futura scitur.

29. Initum sub conditione de futuro contingenti suscipitur usque ad eventum conditionis.





possit celebrari sub conditione de futuro sive siva valoris; quod non competit ceteris Sacramentis, ut dictum est in materia de Sacramentis in genere.

Multra tradunt Doctores in ordine ad intelligendas conditiones appositas: sed quia raro usu veniunt, sufficiat nobis standum esse contrahentium intentioni, & si ignoretur, et colligenda ex fine ob quem conditio fuit adjecta, & aliis circumstantiis. Vide *Coninck d. 29. dub. 2. & alios.*

30.  
Quam  
plura pro-  
babilis non  
requiritur  
novus con-  
sensus.

Petes, an Matrimonium sub conditione contractum, impletâ conditione fiat validum absque novo consensu? Resp. Aff. Ita communitus Juristæ, & plures Doctores Theologi apud *Sanchez l. 5. d. 8. n. 5.* contra *D. Thomam, D. Bonaventuram* & plures alios. Ratio est: quia ceteri contractus, etiam sponsalium, sic initi valent absque novo consensu, statim ac conditio sufficienter est posita, & (quod insuper Aliqui necessarium esse volunt, sed sine fundamento) cognita, perinde ac si ab initio sine conditione fuissent initi, ut habetur *L. Pignus 11. ff. Qui pignores in pignore, & L. Venditio 7. ff. de contrahenda emptione*; ergo similiter Matrimonium, de quo est par ratio, statim fit validum. Unde non est in potestate contrahentium resilire à contractu post impletam conditionem: qui proinde ex tunc invalidè attentarent aliud Matrimonium inire. Secus est juxta Doctores communitè, si id facerent ante impletionem conditionis: eoque enim non subest vinculum obligationis propriæ ipsi Matrimonio. Nec tamen interea est contractus sponsalium, cum is sit promissio consensûs futuri, contractus autem alter sit præsens consensus in rem futuram, sufficiens eo ipso, quod impletur conditio, ad inducendum actu vinculum matrimoniale; interim tamen obligans instar sponsalium ad expectandum eventum conditionis. Estque hoc singulare. huic contractui, qui, ut completus sit, requirit actualem corporum traditionem (quæ non subsistit ante eventum conditionis) quod pendente conditione validè revocetur consensus: sicut solius interni consensûs revocatio obstat valori matrimonii per procuratorem ineundi: secus quàm contingeret in aliis contractibus. Simile tamen est in voto solemnemisso sub conditione de futuro: quâ pendente revocatur consensus validè quoad propriam obligationem & effectum voti solemnem, quod eatenus involvit præsentem traditionem.

31.  
Idem, juxta  
multos et si  
contrahen-  
tes tempore  
contractus  
fuerint in-  
habiles v. g.  
consanguinei  
&c.

Immo juxta plures Doctores non requiritur novus consensus, etsi contrahentes tempore contractus fuerint inhabiles ad contrahendum, ut si consanguinei contrahant de præsentem sub conditione, si Pontifex dispensaverit; eò quod sufficere videatur, quod sint habiles, quando eorum consensus completur, & contractus fit purus;

quales sunt, dum conditio, scilicet dispensatio, ponitur. Vide *Sanchez l. 5. d. 8. ubi n. 24.* existimatur non esse necessarium, etiam post *Tridentinum*, ut parochi & testibus legitime constet de impletâ conditione. Contrarium tamen asserit *Coninck d. 29. dub. 1. concl. 4.* Utraque sententia est præbabilis, & graves patitur difficultates.

Dico III. Quando conditio impossibilis, v. g. si digito cælum tetigeris, & turpis, v. g. si inimicum meum occideris, serio adjecta est contractui matrimoniali, dependet valor Matrimonii ab eventu conditionis: quia sine absoluto consensu contrahentium non potest validari Matrimonium, ne quidem per supplementationem cujuscumque superioris creati; hic autem absolutus consensus deest, quousque conditio non oleatur. Unde qui serio apponit conditionem, quam certò novit impossibilem, censetur nolle nubere, aut valorem consensûs ab eventu miraculi pendere. Qui tamen serio apponit conditionem turpem, suspendit similiter valorem usque ad eventum conditionis.

Nec obstat, quod conditio appositæ in Matrimonio, si turpes aut impossibiles fuerint, debeat propter ejus favorem pro non adjectis haberi, ut dicitur *c. Si de Conditionibus apposis.* Nam juxta Doctores passim intelligendum est, quando dubitatur, an sint serio vel joco adjectæ: tunc enim præsumit Jus in foro externo, quod sint tantum adjectæ joco, eò quod in tam serio contractu nemo censetur voluisse nugari, aut nihil agere; adeoque declarat, quod sint habendæ pro non adjectis; idque in favorem Matrimonii, in cujus favorem est in dubio judicandum, ut patet in *c. P. de ven. & re judicat.* Idemque præsumit Jus in conditio si turpis, adeoque impossibilis præcise, quando scilicet ipse non repugnat substantiæ Matrimonii sive obligationi substantiali ejusdem: aliàs enim potius præsumit esse serio adjectam à nolente nubere. Estque hæc explicatio capituli finalis satis recepta. Quod tamen aliter, & forte rectius explicari posset, ut loquatur, non de conditione propriè dictâ, sed de modo, sive obligatione ad aliquid præstandum, quæ contrahentibus injiciatur, quam declarat Pontifex pro non adjecta habendam, cum tempore possit obligari ad turpe vel impossibile.

Dico IV. Conditio adjecta contractui matrimoniali, quæ repugnet substantiæ aut fini matrimonii irritat ipsum jure naturali. Pro quo

Nota Matrimonium ex divina institutione completum, quæ dici solent essentialia bona Matrimonii, scilicet bonum Sacramenti, bonum fidei, & bonum prolis. Ad primum pertinet perpetuitas sive indissolubilitas. Ad secundum fides conjugalis, scilicet obligatio non adulterandi, item non negandi debitum legitime petitum. Ad



terium spectat susceptio & educatio prolis, adeoque obligatio non impediendi generationem item christianè educandi prolem.

Consensus itaque matrimonialis praestitus sub conditione seu modo repugnante alicui ex praedictis est irritus jure naturæ, v.g. si quis dicat: Contraho tecum, donec invenero pulchriorem, vel sic ut post annū dissolvatur conjugium, vel ut reservem mihi potestatem cognoscendi aliam, vel ut diligeris ad adulterandum, aut ad procurandam sterilitatem &c. Patet ex c. *Fin. de Condit. appositis*. Ratio est: quia consensus alicuius contractus essentialiter involvit obligationem ad illa omnia, quæ sunt de substantia istius contractus; sed praedicta omnia sunt de essentia contractus matrimonialis, prout modò est institutus; ergo requirit essentia obligationem ad illa, quæ tamen haberi non potest, quando ali- quod istorum excipitur, vel apponitur obligatio ad conditionem repugnantem.

Advertendum est conditionem in Conclusionem non sumi strictè, quæ videlicet debeat saltem prius naturæ esse impleta, quin subsistat contractus; sed pro modo repugnante bonis Matrimonii, sive obligatione ad aliquid agendum quod sit contrarium substantiæ Matrimonii. Et juxta hoc videtur probabilius intelligendum caput finale citatum. Alioquin loquendo de conditione strictè sumpta, videtur eadem ratio de his conditionibus, quæ de ceteris turpibus fieri solent, v.g. si diceret contrahens, Contraho tecum si procuraveris sterilitatem, intendens consensus pro tunc solum valere, quando fuerit procurata sterilitas: tunc enim sterilitas procurata videtur Matrimonium valere, sicut si in contractū sub conditione, si jam in praeterito procuraveris sterilitatem: nam tunc non inducitur obligatio contraria Matrimonio, quæ cum ipso debeat consistere, sed praexigitur procuratio sterilitatis, ante cuius positionem Matrimonium non est ponendum.

Quod autem c. *Fin. de Condit. apposit.* loquatur de conditionibus adjectis per viam obligationis potius quam suspensionis, adeoque dum repugnat substantiæ Matrimonii, cum exclusionem animi subeundi obligationem substantiæ Matrimonii, probatur: quia excepta hæc aut simili, si venerit sterilitatis fumes, non apparet, quomodo aliæ conditiones substantiæ Matrimonii repugnantes possint apponi per viam suspensionis. Nam si v.g. quis contrahat sub conditione: Si te adulterio prostituas, utique involvitur ibi necessario Matrimonium prævium, adeoque nequit suspendi conjugium usque ad commissionem adulterii. Si verò intelligeretur: Si te violandam prostituas, scilicet per fornicationem simplicem, esset conditio turpis non repugnans substantiæ Matrimonii. Similiter contractus initus sub

conditione, si debitum conjugale negabis, involvit eandem repugnantiam: non enim potest debitum istud negari, nisi conjugio jam inito, adeoque nequit ista conditio apponi suspensivè. Quod si intelligatur: Si mihi copiam corporis negaveris, est conditio suspensiva honesta: cum debeat negari usque ad perfectionem contractus matrimonialis. Denique contrahens sub hac forma, Donec aliam pulchriorem invenero, non potest apponere conditionem, quæ eò usque Matrimonium suspendat: sed potius intendit illam apponere, ut pro tunc dissolvatur. Si verò diceret, Contraho tecum, si non invenero pulchriorem, intendens per certum tempus, v.g. per annum talem quærere, & si non invenerit, illam pro tunc habere in uxorem, conditio quidem esset suspensiva, sed non contra perpetuitatem Matrimonii, utpote non importans dissolutionem contracti, sed dilationem perficiendi sub conditione contingenti.

Petes: An validum sit in initum sub conditione, quod conjuges, non cenebuntur reddere debitum, seu quod vivent in perpetua virginitate? Resp. Aff. cum Vasquez, *Præpositio* & pluribus aliis contra Sanchez l. 5. d. 10. p. 2. & multos alios. Ratio est: quia sicut potest vendi dominium agri retento usu fructu, seu absque proximo jure ad usum agri, sic non apparet, cur nequeat tradi dominium in mutua corpora per Matrimonium sine proximo jure ad debitum exigendum. Confirmatur I. quia Matrimonio jam in inito, ac retento vinculo conjugali, possunt conjuges ex mutuo consensu renuntiare juri ad debitum conjugale, sive per votum continentiæ, sive per separationem perpetuam, sive per aliud pactum: ergo pariter à principio sic poterat Matrimonium iniri, ut acquireretur idem dominium in mutua corpora & impediretur ejus usus. Confirmatur II. quia quando duo pacta sic se habent, ut unum alteri superveniens illud non destruat seu tollat, tunc etiam possunt iniri simul: atqui hoc contingit in praesenti, patet: ergo &c.

Dices: Hæc conditio repugnat bonis Matrimonii, cum sit quædam evitatio generationis prolis, quæ c. *Fin. cit.* recensetur inter ea quæ repugnant substantiæ Matrimonii. Resp. Neg. Aff. Ad caput cit. dico illud intelligi de evitacione positiva prolis, quæ scilicet fiat impediendo generationem, & tamen habendo copulam.

Instabis: Etiam facultas petendi, adeoque obligatio reddendi debitum est de substantia Matrimonii arg. c. *Fin. de Condit. apposit.* Resp. huic non repugnat pactum præfatum: nam obligatio reddendi debitum absoluta non est de substantia Matrimonii, sed ad summum conditionata, si videlicet lex, pactum, votum, aut gravissima incommoda non interveniant. Debet proinde solum adesse

37.  
Obligatio reddendi debitum potest per pactum prævium excludi.

38.  
Satisfit obligationibus.



adesse intentio reddendi, quando erit obligatus; obligatus autem non est, quando obligatio, siue præviæ, siue de post tollitur, quæ aliàs vi juris in corpus inesset.

Matrimonium Dei-para qui cum voto virginitatis consistere potuerit.

Juxta hanc opinionem posset intelligi quomodo B. Virgo cum Josepho potuerit contrahere Matrimonium salve voto continentiae, scilicet adjiciendo pactum de mutua continentia. Deinde potuisset B. Virgo id facere, quia divinitus erat edocta virginitatem quam nihil noximenti à sponso passuram. Vide dicta *Tract. de Incarnat. d. 4. q. 1. §. 4.*

### QUÆSTIO VI.

Qualiter instauretur Matrimonium defectu consensûs invalidum?

39. An convalescat Matrimonium ratione consensûs metu extortiti invalidum per copulam.

**M**ATRIMONIUM interdum est invalidum defectu solius legitimi consensûs, quando nimirum hic præstatur fictè vel ex metu injustè ad hoc incussò, aut quando revocatur ante initum contractum. Et quidem quando consensus fuit invalidus propter metum, clarum est non convalescere Matrimonium per subsequentem copulam, si hæc sequatur affectu fornicario. Immo nec si subsequatur affectu quidem maritali, sed ex eodem vel simili metu (quidquid Nonnulli dixerint) quia permissio copulæ, quæ deberet censi consensus in Matrimonium, etiam metu extorta, adeoque insufficientis est. Si autem copula subsequatur affectu maritali & omnino liberè, alterque adhuc perseveret in pristino consensu, seclusà lege *Tridentini* convalescit matrimonium: quia ad valorem tantum desiderabatur consensus liber metum passus; talis autem hic præstatur: ut patet ex c. *Is qui, de Spons.* Verùm in casu metus notorii id post *Tridentinum* non subsistit ob defectum præsentis Parochi & testium, prout copula occultè exercetur. An autem sufficiat in casu metus occulti, dicitur *disp. 5. quest. 3.* Saltem requiritur, ut ratificans Matrimonium sciat prius contractum esse nullum, aut saltem de eo dubitet, vel certè consensum de præsentis adhibeat, quo velit contrahere, esto prior contractus non valuisset.

40. Vel per subsequentem juramentum:

Deinde Matrimonium ratione metus invalidum non convalescere per accedens juramentum, expressè deciditur c. *Significavit, De eo qui duxit in Matrimonium.* Ratio est: quia juramentum non liberat consensum præcedentem à metu; ergo per illud non convalescit Matrimonium metu initum, ideoque invalidum. Immo ex tali juramento nullam oriri obligationem, etiam religionis erga Deum, ad Matrimonium illud confirmandum, docet *Præpositus q. 3. dub. 12.* & plures alii. Nam juramentum

An hinc saltem oriatur obligatio religio-nis erga Deum.

sequi solet naturam & conditionem actus cui apponitur. Unde c. *Significavit* jubetur manere causa secundà, non obstante quòd prius cum altera metu gravi ipeductus contraxisset, & contractum juramento firmasset. Nec fit mentio præviæ abolitionis & penitentiae, quam injungere solet Pontifex iis qui fidem fallunt, uti patet in c. *Sicut 22. de Sponsal.* ut signum sit, juramentum non tenuisse propter defectum consensûs, quem non supplet juramentum. Denique saltem potest episcopus in hujusmodi juramento, esto valeret, dispensare.

Tertio, quando consensus internus defuit, siue ob illius internam fictionem, siue ob retractationem, siue ob coactionem, certum est adhiberi debere novum & liberum consensum, sine quo nimirum essentia Matrimonii non subsistit, consequenter si utrumque defuerit, debet utrumque suppleri. At quando defectus fuit ex parte unius tantum, adhuc Nonnulli recentiores, inter quos *Basilus Pontius, Paulus Comitatus, Africanus*, existimant debere consensum utrumque renovari. Quod etiam respondisse *Clementem VIII.* ex litteris *Stephani Tucci* refert *Paulus Comitatus l. 1. Resp. Moral. q. 120.* Sed de hoc responso non constat authenticè. Nec datum fuit, nisi tamquam à Doctore privato, sequente quod fatius erat; non præjudicante oppositæ sententiæ, quæ est communis. Alioquin in eodem responso etiam requiritur, ut compars moneatur de Matrimonii nullitate; quod tamen non semper est necessarium, ut *Disp. 6. q. 3. n. 33.* dicitur. Similiter requiritur ibi adhibitio nova Parochi & testium, cujus tamen oppositum declaraverat *Pius V.* in casu defectus occultis; c. *quod disp. 5. q. 3.*

Itaque *D. Thomas, D. Bonaventura, Richardus, Paludanus, Gabriel, Angelus, Silvester, Petrus Soto, Navarrus, Henriquez, Sanchez, Coninck & alii* passim censent tali casu sufficere, ut consensus suppleatur ex parte unius tantum, modò alter, qui verè consenserat, iustum consensum non revocaverit. Ratio est: quia compars præstitit legitimum consensum circa materiam habilem, in eoque habitè perseverat: immo vi illius persistit in possessione alterius compartis tamquam rei suæ: ergo sufficit accedere consensum alterius, qui defuit. Unde simili ratione emptio v. g. domus invalida ob defectum interni consensûs ex una parte, hoc solo accedente convalescit, similiter professio defectu interni consensûs in proficente irrita ratificatur solo ejusdem consensu, etsi non accedat novus consensus Prælati vel Capituli.

Quare falsum est, consensum contrahentium tantum ferri in valorem Matrimonii pro tempore præsentis, non autem pro futuro, si in præsentis non subsistat: simpliciter enim fertur in tempus præsens cum per-



severantia usque in finem, seu donec revocetur: uti non revocatur in casu quodammodo, cum contrahens videretur illius adquirentem possessionem corporis alterius, & in ea perseveret. Nec refert, quod si ei constaret interna fictio compartis, statim revocaret consensum: nam cum de facto ab eo ignoretur, non alteratur inde ejus consensus. Plura plerumque sunt, quae si scirentur, non praeretur consensus; & tamen simpliciter praebetur, dum nesciuntur. Neque oportet facile admittere tacitas conditiones, contractu matrimoniali, ne leges divortiorum etiam quoad vinculum conjugii nimium accrescat. Multum porro facit, quod in praesenti ea sit communis interpretatio consensus contrahentium. Nec sane dubitandum est, quin tali ratione etiam explicitè praestetur. Tunc autem non requireretur novus consensus ex parte illius, qui prius verè consenserat. Quo proinde casu etiam ab aliis Auctoribus admitti debet exceptio in responsio *Clementis VIII.* Denique satis patet aliam rationem esse, quando fictio consensus est in matrimonio (id est est de aliis contractibus) interior; aliam, quando est exterior, & nota comparti, vel huic constat alium deficere in adimpletione contractus: hoc enim casu aperte retrahatur consensus; secus in altero casu, quo consensus & contractus utrimque, quan-

tum humanitus cognosci potest, tempore debito impletur, & executioni perseveranter mandatur.

Postremo dubitatur, an consensus deinde adhibendus, necessario sit exteriorè exprimens eo modo, quo cognosci possit esse maritalem, an verò sufficiat, cum interiorè suppleri. Cum enim ab initio fuerit sufficiens expressio, videtur sufficere, quod suppleatur defectus interior per novum consensum, qui cum signo exteriori praecedenti coalescat in unum perfectum consensum sensibilem, sicut coalesceret, si consensus fuisset praevius. Ita sentiunt Varii. Qui consequenter idem sentire debent de casu, quo utrumque fuerat fictio merè interior. Difficultas tamen est, quod signum debeat esse expressivum consensus interni; non exprimat autem consensus diu subsequens per signum praeteritum. Unde plures Recentiores exigunt novum signum sufficienter expressivum novi consensus. Ad quod nihilominus sufficere videtur ipse usus & possessio conjugis tanquam sui; sive quodcumque signum vel actus, quo alterum tanquam conjugem tractet & habeat. Quare sufficet ipsa copula habita affectu conjugali seu animo invicem habendi perpetuo in conjuges. An autem renovatio consensus fieri debeat coram parochò, & testibus, patebit infra *disp. 5. quaest. 3.*

43.  
An consen-  
sus supple-  
ndus debeat  
de novo ex-  
primi per  
signum ex-  
ternum.

## DISPUTATIO QUARTA.

### De Indissolubilitate & Unitate Matrimonii.

#### QUAESTIO I.

An & Qualiter indissolubile sit Matrimonium ratum?

QUAMVIS apud omnes certum sit Matrimonium esse aliqua ratione indissolubile, etiam si tantum sit ratio, propria saltem contrahentium auctoritate, ideoque ipsum definiatur esse conjunctio maritalis viri & feminae individua seu indissolubilem vitae societatem retinens: controversum tamen est, unde haec indissolubilitas oriatur, cujusve potestati subsit dissolvere matrimonium ratum. In primis autem *Sanch. lib. 2. d. 13. n. 10.* cum aliis censet, attentà naturà contractus non apparere, cur, sicut alii, non possit contrahentium voluntate dissolvi, dum nulli facerent injuriam: nam per quas causas res nascitur, per easdem dissolvitur *§. fin. Inst. Quibus modis obligatio tollatur.* Adjuncta tamen divinà institutione factum esse ita indissolubile, ut nequeat sic dissolvi quacumque ex causa, sed bene ex auctoritate supe-

rioris. Verum plerique alii volunt Matrimonium ratum esse indissolubile ex natura sua, auctoritate propria contrahentium. Qui rursus sunt divisi inter se: *Covarruvias* enim, *Corduba*, *Pomius* & plures alii censent sic esse ex natura sua indissolubile, ut nec Pontifex in eo dispensare possit: *Cominch* verò *Lessus* & plures alii censent posse solvi auctoritate, tum divinà, tum humanà pontificià.

Denique multi Canonistae, & *Angelus*, *Silvester*, *Rosella* apud *Aversa* q. 2. sect. 6. (& probabile reputat *Sanchez* l. 2. d. 15. cont. 1.) totam indissolubilitatem matrimonii ratum referant in jus pontificium, ut proinde validè etiam sine causa sit dissolubile à Pontifice: eò quod auctoritas & ratio altioris indissolubilitatem non persuadeant, nisi de matrimonio consummato, adeoque ad ratum non debeant extendi: praesertim cum constet hoc professione aut alià Ecclesiastica dispositione dissolvi.

Verum absolute asserendum omnino est matrimonium etiam solum ratum esse indissolubile jure divino. Idem satis colligitur ex *Tridentino sess. 24. in doctrina de Sacram.*

2.  
Id est jure  
divino.



*cram, Matrim.* ubi de ipso contractu matrimoniali loquens dicit; *Matrimonii perpetuum indissolubilemque nexum esse.* De quo etiam juxta *Tridentinum* Adam divino instinctu dixit *Genes. 2. Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem &c.* Ejusdem quoque nexûs firmitatem juxta *Tridentinum* Christus confirmavit *Matth. 19. Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Plura vide apud *Basilium Pontium l. 1. de Matrim. c. 13.*

3. Certum præterea est Matrimonium ratum non consummatum de facto solvi per solemnem professionem factam ab altero utro conjugum. Ita sub anathemate definit *Tridentinum sess. 24. can. 6.* Id ipsum deciditur ab *Alexandro III. c. Verum & c. Ex publico,* & ab *Innocentio III. c. Ex parte, de Convers. conjug.* & à *Joanne XXII. Extravag. Antiquæ.* Secus est, si quis tantum voveat continentiam in sæculo, etiam in manibus Episcopi; ut patet ex *c. Ex parte:* aut si tantum suscipiat Ordinem sacrum, ut declarat *Joannes XXII. Extravag. cit.*

4. Ex his colligitur, quaecumque tempus post initum Matrimonium intercesserit, posse conjugem intrare Religionem, quamdiu non fuerit consummatum. Immo *c. Ex publico cit.* conceditur ( præsertim accedente consensu Doctorum Canonem sic explicantium ) conjugi meditati Religionem bimestre ad deliberandum; quo proinde tempore non tenetur reddere debitum. Quòd si vi aut metu opprimatur, Matrimonium quidem consummatur, nec per professionem solvitur, potest nihilominus Religionem intrare; cum per alterius injuriam jure suo privari non potuerit: qui proinde debet sibi imputare, quòd tunc debeat in cælibatu permanere.

Nec obstat, quòd Christus *Matth. 19.* dicat: *Quicumque dimiserit uxorem suam &c.* quia non comprehenditur præsens casus: eò quòd sermo sit de Matrimonio consummato, per quod facti sunt duo in carne una, ut colligitur ex *c. Ex publico, cit.* Aut certè à Christo hunc casum, si aliàs foret comprehensus, esse exceptum, sensus Ecclesiæ manifestat.

Dixi, *Ratum non consummatum*: certum enim est apud omnes, Matrimonium consummatum per nullam professionem solvi. Unde si conjuges fideles mutuo consensu professi postea se invicem cognoscerent, non fornicarentur, sed tantum committerent sacrilegium.

Est autem controversia inter Doctores, quo jure professio religiosa & solemnis solvat matrimonium ratum? In qua *Scotus dist. 31. num. 7. & 8. Covarruvias, Pontius, Sanchez l. 2. d. 19. num. 3.* & plures, quos citat, existimant, ipsam dirimere Matrimonium jure divino positivo. Probatur: quia in primis professio non solvit illud jure naturæ, ut *Varii, signanter Bellarminus l. 2. de Mona-*

*chi c. 28.* (cui sanè hæc ratio non erat necessaria, utpote admittenti dispensationem papalem circa Matrimonium ratum) existimant: eò quòd professio religiosa non repugnet vinculo matrimoniali; ut patet, quando conjuges post matrimonium consummatum mutuo consensu profitentur Religionem. Deinde Matrimonium non solvitur per votum simplex, quòd tamen à solemni ex naturâ suâ non differt, sed tantum ex constitutione Ecclesiæ.

Nec obstat, quòd per professionem Religionis constituatur conjux in statu perfectiori: quia in tali etiam constituatur per susceptionem Ordinis sacri, item per vota simplicia post biennium emissa in Societate Jesu; per quæ tamen non solvitur matrimonium contractum.

Nec obstat etiam, quòd per professionem conjux se obliget Religioni tamquam per traditionem perfectiorem: quia similiter se obligat, quando consummato Matrimonio profitetur; vel quando mancipium proficitur, & tamen non solvitur tale matrimonium aut servitium.

Secundò non potest dici cum *Lesio l. 2. de Justitia c. 41. dubitat. 8. Coninch, Præposito & alii,* quòd professio solvat Matrimonium ratum jure pontificio: quia nullibi extat jus, quòd primò hoc statuat, sed Pontifices potiùs supponunt & declarant tale Matrimonium per professionem solvi; utique ex jure aliquo altiori. Deinde insolubilitas hujus matrimonii est juris naturalis vel certè divini, in quo Pontifex non potest dispensare; uti generaliter nequit inferri in lege superioris, nisi specialiter ei sit concessum (ut patet ex materia de Legibus) qualiter non invenitur concessa Pontifici facultas dispensandi in jure divino aut naturali.

Dices I. Solemniter factum ex institutione Ecclesiæ; ut patet ex *c. unic. de Voto in Sanctis*

6. ergo votum solemne non magis solvit jure divino matrimonium ratum, quam votum simplex. Resp. Neg. Conf. Nam sicut Ecclesia per votum, annexam habens solemnitatem à se institutam, dissolvit nihilominus juxta alios vinculum Matrimonii rati ex speciali concessione sive facultate à Christo facta: sic pari facilitate dicitur, Ecclesiam illud non dissolvere, sed Christum; dependentem tamen à solemnitatem voti per Ecclesiam instituenda, idque ipsi Ecclesiæ referre.

Dices II. Jus divinum à tempore Christi mansit invariatum: atqui olim solvebatur Matrimonium etiam per vota simplicia (ut multi colligunt, ex facto SS. Alexii, Macarii & aliorum) idque jure Ecclesiastico: ergo eodem jure solvit illud professio solemnis. Resp. Neg. Min. Ad exempla Sanctorum dico, illos deseruisse suam compartem ex speciali impulsu Spiritus sancti, ut asserit *Innocentius III. c. Ex parte cit.* sive

*Defacto tamen solvitur, per solemnem professionem,*

*Quantumvis diu contractum.*

*Permittitur conjugatis bimestre ad deliberandum:*

*Citius per vim consummatum non admittit libertatem proficiendi,*

*Etsi per professionem non possit dissolvi.*

*Ratum, et illam dissolvitur jure divino positivo,*

*Non autem jure naturæ,*



sive ejusmodi Matrimonium speciali privilegiolum fuerit, sive non.

Uterus hic quaeri solet, an extra casum professionis solemnis possit Pontifex iusta de causa dispensare in Matrimonio rato, sic ut uterque conjux possit inire aliud Matrimonium? Resp. Neg. cum Theologis passim, contra plures, tum Juristas, tum Theologos, quos sequitur Sanchez d. 14. num. 2. Ratio est, quod tale Matrimonium sit indissolubile jure naturae vel divino, adeoque à solo Deo solvi possit. Alioquin cur similiter non possit Pontifex dispensare in Matrimonio consummato, aliisque praecipuis divinis aut naturalibus?

Nec obstat, quod varii Pontifices referantur dispensasse in Matrimonio rato, ut de Martino V. & Eugenio IV. refert Antoninus: de Paulo III. Navarrus: de Gregorio XIII. Henriquez qui lib. 11. de Matrimonio cap. 8. num. 11. dicit eum unà dicere cum unde eum dispensasse. Vide Sanchez sup. & alios.

Non obstat, inquam: quia etiam plures Pontifices, ut Innocentius VIII. Adrianus VI. Pius V. teste Petro de Ledesma de Matrim. cap. 33. hujusmodi dispensationes negarunt, existimantes se dispensare non posse. Alii autem Pontifices dispensarunt, secuti in praxi contrariam opinionem, ob gravia mala & animarum pericula, melius existimantes sequi opinionem probabilem, quam malis istis non obviare, neque animabus succurrere.

Ex praxi nihilominus opposita variorum Pontificum sit opinio contraria valde probabilis. Potuit enim Deus, cui plene subditur Matrimonium dissolutio, dedisse, & ex posteriori intelligitur de facto dedisse Pontifici specialem auctoritatem illud dissolvendi, est jure divino indissolubile, ut dedit facultatem dispensandi in votis. Etiam id ipsum suadet ex eo, quod potestas ista favorabilis non videatur restringenda ad casum solemnis professionis. Ad quod tamen responderent Auctores alii, etiam tunc solvi, non à Papa, sed à Christo. Quod autem in votis à Papa dispensari possit, docere fidem. Etsi id non fiat dispensando proprie in lege divina, sed nomine Dei condonando vota, sive jure ex eis Deo acquiritum.

Requiritur tamen consequenter loquendo in hac posteriori opinione Sanchez ad dissolvendum matrimonium ratum iusta causa, non tantum ut licite fiat, sed supposito quod ipsum sit indissolubile jure divino aut naturali, etiam ut valide: sicut requiritur ad relaxandum vota. Iustae porro causae possent esse, primum impotentia consummationis superveniens matrimonio contracto; quae si fuisset antea, habuisset vim impedimenti dirimentis quoad valorem. Secundò, morbus perpetuus superveniens alteri conjugum; ita ut non possent simul

Herincx Sum. Theol. Pars IV.

commiseri absque periculo & contagio alterius. Tertio, magna inaequalitas inter virum & feminam, aut periculum magni scandali vel damni inter conjunctos, aut perpetuae discordiae inter ipsos conjuges, aliaevae similes. Quod si etiam causa proportionata adesset, possit Pontifex consequenter loquendo in hac sententia non solum in casu particulari; sed etiam per legem cum statuto dissolvere matrimonium ratum v. g. ob susceptionem Ordinis sacri, &c. et si de facto tale quid statutum non sit.

An consequenter id possit Ecclesia non solum in speciali casu, sed etiam per legem.

QUESTIO II.

An & qualiter indissolubile sit Matrimonium consummatum?

MATRIMONIUM consummatum etiam fidelium esse dissolubile quoad vinculum ob adulterium compartis, adeoque ob illud posse innocentem transire ad secundas nuptias, docent Graeci Schismatici: nec non Lutherus, Calvinus & alii Sectarii recentiores. Quibus praefulerat Erasmus in annot. ad. 1. Cor. 7. fuisse id ipsum probans. Inclinat etiam Cajetanus & Catharinus. Quamvis hi tres iudicium suum submittant Ecclesiae. Lutherus insuper pro sufficienti causa dissolvendi matrimonium allegat molestantem cohabitationem ob frequentes rixas, item diurnam absentiam, vel quod pertrahat conjux conjugem ad peccatum. Hunc impudentiam superans Bucerus ait, posse solvi, quoties uxor se non praebet commodam viro, aut contra: quacumque videlicet de causa invicem displiceant. Quare ita facilius possit dissolvi, quam civiles contractus; qui utique ob solam malitiam alterutrius contrahentium non dirimuntur. Vide Bellarm. l. de Matrim. c. 15.

II. Errores circa praesentem quaestionem.

Sed contra hos errores definit Trid. sess. 24. can. 5. propter haesim aut molestantem cohabitationem, aut affectatam absentiam à conjugis dissolvi non posse matrimonii vinculum. Et can. 7. definit: si quis dixerit Ecclesiam errare, cum docuit & docet, iuxta Evangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum, Matrimonii vinculum non posse dissolvi, & utrumque videlicet etiam innocentem qui causam adulterio non dedit, non posse, altero conjugis vivente, aliud Matrimonium contrahere, mæcharique eum, qui dimissa adultera aliam duxerit, & eam, quae dimisso adultero, alii nupsit; anathema sit. Ita porro temperatus Canon (qui alioquin absolute fornicatus erat) ad postulationem Oratorum Venetorum, ne claro anathemate percuterentur Graeci sub suis Praeulibus Romanae sedis parentibus suo more in ditionibus Reipublicae degentes, apud quos in vetustissimo more positum,

12. Veritas Catholica à Tridentino definita docet Matrimonium consummatum ne quidem per adulterium esse dissolubile.

A a a tum,



tum ut dimissâ adulterâ ducatur alia. Apparebat enim cuiuspiam, formulâ huiusmodi doctrinam oppositam ex parte notam hærecis, quasi anathema solum caderet super temerarios doctrinæ Ecclesiasticæ, optimis fundamentis rixæ, vituperatores, esto ipsa non tamquam expressum dogma fidei traderetur. Vide Palavicinum l. 22. c. 4. n. 27. & seqq. Qui n. 29. addit Andream Cuestia Episcopum Legionensem repugnasse, asserendo hanc veritatem esse certam & firmatam in Synodo Milevitana, in Sexta Oecumenica, & in Florentina, adducendoque è Græco Clementem Alexandrinum ac Basilium; compluresque eorum, qui ad hæccebantur, alio sensu locutos fuisse, eorum dictis expensis, palam faciendo. Verùm plura suffragia jam conferant, quamvis si Cuestia locus loquendi inter primos obtigisset, tantum alio numero affectu pertractum iri censuerit Palavicinus, quantum ad refellendam petitionem satisfuisset. Et revera error contrarius satis adhuc percutitur Canone, prout dispositus mansit. Præterea Tridentinum in doctrina de Sacramento matrimonii præmiserat: Matrimonii perpetuum, indissolubileque nexum primus humani generis parens divini Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, quamobrem relinques homo patrem suum & matrem & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una. Et postea de Christo loquens ait: Eiusdem nexum firmitatem ab Adamo tanto antè pronuntiatam, his verbis confirmavit (quæ habentur Matth. 19.) Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Quod Christus dixit respondens ad petitionem Phariseorum quærentium: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa?

13. Probatur ex Scriptura, Iaque probatur veritas Catholica ex loco cit. gen. 2. & per Christum allegato, & cum quadam declaratione confirmato Matth. 19.

Probatur II. ex Apostolo ad Rom. 7. ubi dicitur solâ morte alterius conjugis solvi vinculum matrimoniale, & conjugem superstitem tunc demum solvi à lege viri ac restitui libertati, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Et I. ad Cor. 7. ait: iis qui matrimonio juncti sunt præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat. Et infra: Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius vivit: quod si dormierit vir ejus, liberata est; cui vult nubat. Unde Augustinus l. 2. de Adult. conjug. c. 4. meritò ait: Hac verba Apostoli toties repetita, toties inculcata, vera sunt, viva sunt, sana sunt, plana sunt. Nullius viri posterioris mulier uxor esse incipit, nisi prioris esse desierit. Esse autem desinet uxor prioris, si moriatur vir ejus, non si fornicetur. Licet itaque dimittitur conjux ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris, propter quod si reus adulterii qui dimissam duxerit, etiam ob

causam fornicationis.

Eadem verba Apostoli explicando pulchre profertur Chrysostomus serm. de libello repudii, ubi inter cetera ait: Quando igitur licebit illi secundas nuptias contrahere? Quando? tunc ubi à cæena liberata fuerit, quando vir morietur solum. Chrysostomo consonat Basilus l. de vera virginitate post medium dicens: Non autem his, quoniam qui dimissam duxerit, mæchatur. Est enim, inquit, pro culpa dimissa est, vivit tamen vir ejus. Quid ergo dimissam perturbas? Cur illi spectata non das, ut & de his agat penitentiam, quorum gratia dimissa est? Et vir à se dimissa penitentiam emendationemque miseratus ad se rursus proprium revocet membrum? Quid emendandi se spatium præripis, vivente viro sic dimissam ducens? Permittit, inquit, aut ad viventem virum remeare meliorem factam mulierem: aut certe cum neque vidua, neque uxor sit, pro remissione culpæ quæ peccavit in virum, semper penas dare. Tu cur ansequam peccatum suum, pro quo dimissa est, plane intelligere possis, eam ad conjugium rapiens, impudentem ad scelera deinceps facis? Nempe vivente viro alienam adulteras conjugem. Eandem veritatem Catholicam tradit Ambrosius l. 1. de Abraham c. 4. & 7. & l. 8. In Lucam c. 1. Item Hieronymus in Epist. ad Amantidum, & in Epist. ad Oceanum de obitu Fabiola. Et Concilium Milevitanum can. 17. qui est 69. inter Canones diversorum Conciliorum Provinciæ Africanæ, & à Græcis numeratur 105. inter Canones Conciliorum Carthagenensium. Plures alias auctoritates ex variis sæculis allegat Bellarminus de Matr. c. 6.

Objicitur illud Christi Matth. 19. Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur &c. ergo quid facit ob fornicationem, non mæchatur, & consequenter ad illam causam solvi potest prius matrimonium. Resp. Neg. priorem Conf. Verba Christi variè applicantur: nulla tamen expositionum favet Hæreticis. Primò dici potest, particulam, nisi, non sumi exceptivè, sed simpliciter præcisivè; quasi dixerit Christus: Quicumque dimiserit uxorem non fornicantem, seu (ut habet Versio Syriaca) non adulteram, seu (ut habet Versio Græca) non ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur. Cui consonat expositio Augustini & plurium aliorum, dicitur Christum fuisse locutum præcisivè, sive non voluisse asserere, quod ob fornicationem liceat solvere vinculum, sed quod ex nulla alia causa id liceat, præcisivè, an non: idque quia Pharisei, quibus respondebat non erant hujus veritatis capaces. Secundò in priori parte potest subintelligi, ly Mæchatur, hoc modo: Quicumque dimiserit uxorem nisi ob fornicationem, etiam & à toro, mæchatur (scilicet quatenus occasionaliter eam mæchatur) & si aliam duxerit, etiam mæchatur. Denique explicari potest hoc modo: Quicumque dimiserit uxorem suam, quod



quod non licet etiam quoad cohabitatio- nem & torum, nisi ob fornicationem, & si am duxerit, quacumque videlicet de cau- sa, mœchatur.

Porro sensum, quem præferunt Hære- tici non subsistere, patet: tum quia Marci 10. Christus absque ulla exceptione dixit: *Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam du- xerit, adulterium committit super eam: & si uxor dimiserit virum suum, & alii nupsit, mœchatur.* Tum quia in Evangelio absolute dicitur: *Qui dimissam duxerit mœchatur;* quod, si set fore falsum, si vinculum prioris matrimo- nii per talem dimissionem solveretur. Tum quia Apostolus 1. ad Cor. 7. uxorem adulteri jubet manere inuuptam, aut reconciliari viro suo.

Obijciuntur II. varii Canones; ut c. Si quis una mulier 31. ubi dicitur: *Potest ip- sam uxorem, quam deprehenderit sibi machi- natam fuisse mortem, dimittere, & si voluerit, aliam ducere.* Et c. Uxor a viro 32. q. 7. de ad- ulterii casu dicitur: *Viro licet ducere aliam.* Et c. Quod propolissit eod. tit. datur facultas nu- bendi viro patienti periculum incontinen- tiæ, cui uxor non potest reddere debitum. Denique in Concilio Arelatensi l. can. 10. datur solùm consiliùm, ne conjugibus suis adu- teris viventibus aliàs accipiant. Resp. tex- tum c. Si qua mulier esse corruptum, & ita legendum: *Potest ipse post mortem uxoris, si vo- luerit, aliam ducere.* Quod è contra negatur uxori ibidem in poenam criminis. Similiter in c. Uxor a viro, quod est desumptum ex Commentario adscripto S. Ambrosio in 1. ad Cor. 7. verba ista sunt de saluatoribus infer- ta, vel sanè subintelligendum est *ly*, *Post mortem uxoris;* ut notat Glossa. In c. Quod pro- polissit est sermo vel de matre solùm de- sponsata, vel de nupta quidem, sed quæ ha- bebat impotentem ante edentem, etsi post conjugium demum detectam. Concilium A- relatense denique dat monitionem de re de- bita, vel consiliùm ponit pro præcepto.

Sed dubium est, an insolubilitas matri- monii, saltem consummati, oriatur ex jure nature, ut multi volunt, an ex jure divino positivo, ut alii: an denique ex utroque, ut Sanchez, Cominch & plures alii. Dico autem cum his Doctoribus omnimodam insolu- bilitatem matrimonii fundari inchoative in jure nature, & completivè in jure divi- no positivo. Nam in primis aliqua insolu- bilitas matrimonii, saltem consummati, de quo potissimum controversatur, satis fun- datur in illo jure nature, quo prohibentur vagi concubitus inter viros & feminas, aut communicatio uxorum inter viros; quæ alioquin foret licita, per continuam disso- lutionem & contractionem matrimonii: utrumque autem ex se contrariatur rectæ susceptioni & educationi prolis; ad quam proinde aliqua insolubilitas matrimonii est necessaria. Omnimoda tamq̃ insolubilitas

Heinec Sum. Theol. pars IV.

insufficienter in eo solo fundatur: cum ab- solute sufficere potuisset, ut numquam lic- ret dissolutio facta propria contrahentium auctoritate, aut saltem non nisi in his vel il- lis circumstantiis, v. g. sterilitatis, aut su- pervenientis uni conjugum impotentiæ &c. Unde etsi illa omnimoda insolubilitas sum- moperè inuocat ad sobolem bene educan- dam, & fovendum mutuam amorem, au- tumque in rebus domesticis; adeoque sit inchoative de jure nature, oportuit tam- en illam stabilire per aliquam legem po- sitivam.

Hanc porro legem fuisse a Deo latam in principio mundi, probatur, & simul se- cunda pars nostræ opinionis: quia Gen. 2. Deus per os Adami tamquam præconis (ut loquitur Scotus dist. 26. num. 10.) dixit: *Relin- quit homo patrem & matrem, & adhærebit uxo- ri suæ.* Quæ verba sic intellexit Tridentinum, immo ipse Christus Matth. 19. ubi eadem verba allegans, indissolubilitatem matri- monii renovat, libellumque repudiij abro- gat, dicens: *Ab initio autem non fuit sic.*

Nihilominus tantæ Matrimonii indisso- lubilitati non obstat, quin Deus tamquam supremus omnium Dominus possit illud in certis casibus dissolvere, permittendo mala quæ inde oriri possent. Quàmvis de facto nullo omnino casu dissolvi Matrimonium Fidelium consummatum, sit apud omnes Catholicos in confesso. Duplici proinde casu solùm habet locum dissolutio Matri- monii consummati, scilicet in lege Mo- saica per libellum repudiij quoad matrimo- nia Judæorum, & in Lege nova quandoque quoad Matrimonium infidelium, uno con- juge converso ad fidem.

Quod ad primum attinet Deuter. 24. di- citur: *Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fedicitatem, scribet libellum repu- diij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum maritum du- xerit &c.* Quæ verba Doctores commu- nius (quibus favet Scotus dist. 33. num. 4. & seq.) sic intelligunt, ut per hunc libellum fuerit solutum ipsum Matrimonii vincu- lum. Quæ explicatio probatur; quia Deus potuit hoc concedere; quod autem de facto viris id concesserit, patet ex absoluta locutione Scripturæ relatæ, cujus verba ad id sunt clara, ut clarioribus uti non poterit; si voluisset Deus concedere rem tamquam licitam. Et sanè non debuisset illud alioquin ex proposito & verbis tam planis inferi ipsi legi: sic enim ma- xima fuisset data occasio peccandi, & verba in plano sensu intelligendi. Quare etiam populus hoc servabat absque timore peccati, aut reprehensione Prophetarum. Confirmatur: quia mulier sic re- pudiata poterat inire aliud Matrimonium, ut aperte indicatur in Deuteronomio supra:

18. Subest disso- lutio illius potestatis di- vine.

Quæ ipsius solvitur do- plici casu.

19. Primo in veteri lege per libellum repudiij.

Per quem solvatur ipsum vin- culum con- jugale.



ergo prius matrimonium erat solutum. Deinde si nupserat alteri, hoc mortuo, vel ab eodem repudiata, non poterat à priori marito recipi in uxorem, ut ibidem dicitur; quod tamen potius consulendum videretur, si prius matrimonium non fuisset solutum. Denique sic potest intelligi Scriptura, & consonat textui Gentis Judaicæ fragilitati, ac sensui communi Doctorum; ergo sic intelligi debet; cum aliud nil obstat, quod prævaleat aut æquivalet.

Neque hoc mirum videri debet: quia sicut Deus olim dispensavit in polygamia; sic potuit dispensare cum ista Gente in insolubilitate matrimonii ad evitandum majus malum, scilicet uxoricidia &c.

Contrarium docent multi Theologi & Interpretes, existimantes Matrimonium per repudium non fuisse solutum, neque etiam repudium licuisse, sed tantum fuisse permissum tamquam minus malum ad vitanda majora mala. Pro quibus

Dices I. Moyses (teste Christo *Matth.* 19.) permisit repudium ad duritiam cordis Judæorum; *Ab initio autem non fuit sic*, ut Christus subdit. Resp. Moyses permisit, id est, nomine Dei concessit, ut liceret, quod ab initio non licebat: idque occasione sumptâ ex duritia cordis Judæorum, ne ex ea majora mala orirentur: quàmvis positive non approbaverit, desiderans potius fieri contrarium.

Dices II. *Malachia* 2. dicitur: *Cum odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Israël, operiet autem iniquitas vestimentum ejus*: ergo non fuit licitum dimittere uxorem. Resp. Neg. Conf. quia (omissis variis lectionibus & explanationibus hujus loci, quas vide apud Interpretes) videntur illo loco solum reprehendi, qui sine justa causa uxores repudiabant ex solo odio, vel impudico aliarum affectu.

Ad secundum casum quod attinet, certum est apud omnes, conjugem conversum ab infidelitate posse dissolvere prius Matrimonium, etiam consummatum, per hoc, quod contrahat novum, si alter in infidelitate obstinatus nolit cohabitare, aut saltem non nisi cum injuria divini nominis, vel scandalo, conando videlicet fidelem pertrahere ad pristinam infidelitatem, aliudve mortale peccatum. Ita expressè decidit ab Innocentio III. c. *Quanto*, & c. *Gaudemus*, de *Divortii*. Et colligitur ex Apostolo *I. ad Cor.* 7. ubi ait: *Quod si infidelis discedit, discedat: non enim servienti subiectus est frater aut soror in huiusmodi*. Id est, juxta interpretationem Pontificis & sensum Ecclesiæ, frater aut soror fidelis non subicitur servituti & ligamini prioris conjugii, sed potest illud deserere, & aliud novum conjugium inire.

Nec obstat, quòd Christus *Matth.* 19. renovaverit insolubilitatem Matrimonii: nam

quòd per privilegium exceperit hunc casum in gratiam fidei & religionis, testatur Apostolus supra, & tradit Ecclesia. Idque congruè fecit, ne infideles per conversionem ad fidem cogentur ducere vitam coelibem, ad quam tamen Christus neminem voluit obligare, aut timere huius incommodi à susceptione fidei detererentur.

Non obstat etiam, quòd Matrimonium non possit solvi, quantumvis alter conjugum revertatur ad gentilitatis errorem, ut patet ex c. *Quanto cit.* nam Christus hoc non cõcessit; prout constat ipsi concessisse aliud.

Dixi Matrimonium posse dissolvi per hoc, quòd conversus contrahat novum: non enim præcisè solvitur per ipsam conversionem, sive per Baptismum, ut patet ex c. *Gaudemus cit.* item ex Apostolo supra, ubi hortatur conjugem conversum, ut maneat cum infideli, si hic consentit ei cohabitare: ad id tamen non hortaretur, si conjugium per ipsam conversionem alterutrius conjugum foret dissolutum. Similiter non solvitur prius Matrimonium per hoc, quòd infidelis ineam novum: quia istud privilegium solum est concessum in favorem fidelis. Denique non potest dissolvi per aliud medium: cum maneat verum Matrimonium, quousque aliud ineam ab ipso infideli, juxta c. *Gaudemus cit.* Existimat tamen *Sanchez* *l. 7. d. 76. n. 9.* cum aliis dissolvi etiam per professionem Religionis approbatam, sicut per illam dissolvitur Matrimonium ratum fidelium. Sed de hoc postremo ex fide constat, non constat autem esse concessum, ut per professionem dissolvatur ullum Matrimonium consummatum. Sed ex c. *Gaudemus* non habetur, nisi quòd solvatur ex contrahitione novi Matrimonii per fidelis. Neque etiam ad professionem religionis tali casu requiritur prioris Matrimonii consummatum in infidelitate contracti dissolutio, quæ in solius conjugis fidelis favore est concessa. Quare infidelis, qui deberet manere coelex, imputet id suæ pertinacitati, quæ recusat converti. Sanè idem inconveniens sequeretur, si fidelis vellet desinere non nubere, aut emitteret simplex votum castitatis, aut susciperet Ordines sacros: nam infidelis pertinax non posset inire novum Matrimonium, sed carere usu conjugii.

Potes an si fidelis monitis nolit converti, tamen consentiat cohabitare pacificè sine injuria Creatoris aut pertractione ad peccatum, possit equidem fidelis inire aliud Matrimonium, & per hoc prius dissolvere. Negat *D. Thomas*, *D. Bonaventura* & plures alii; eò quòd *Apostolus* supra dicat: *Si quis frater uxorem habet infidelem; & hæc consentit habitare cum eo, non dimittat illam &c.* Nihilominus oppositum docent plurimi. Et quidem aliqui censent id esse verum, etiam loquendo de antiquo tempore, quo permittebatur talibus cohabitatio: eò quòd illud *Apostoli* tantum videatur esse cõsiliu, non præceptu;

20. *Etsi multi contrarium opinentur.*

*Quorum argumenta dissolvuntur.*

21. *Secundò per hoc quòd infidelis conversus ad fidem post Baptismum ineam novum matrimonium, si compar obstinata nolit cohabitare pacificè.*



cepti; praemittit enim: *Ceteris ego dico, non Dominus*: ergo conjux fidelis poterat liberè ab infideli recedere; etsi Apostolus id non uideret ob spem conversionis. Ita colligitur ex *August. l. 1. de Adulter. conjug. c. 13. & 18.* Quia autem spes ista hoc tempore est tam exigua, ut spectatis ex alia parte incommodis & periculis sibi minùs estimada, idcirco Ecclesia (ut Varrus notat) amplius non permittit, ut conjux conversus ad fidem cohabitaret alteri in infidelitate permanenti. Quare saltè supposita hac Ecclesiae prohibitione, censendum esset multò probabilius, posse conjugum sic conversum generaliter inire aliud matrimonium, & prius dissolvere, quando comparmanet in infidelitate obstinata: nam stante hac prohibitione Ecclesiae conjux infidelis nolens converti vellet alterum cohabitare sibi peccantiosè, sicq; pertraheret ad peccatum; adeoque etiam iocunda habet decisio *Innocentii III. c. Quanto cit.* Alioquin *A Lapide in 1. ad Cor. 7.* contendit non reperiri legem generalem Ecclesiae, quã prohibeatur praetata cohabitatio: etsi *Concilium Toletanum IV.* id prohibeat, quoad Judaeos. Quo supposito rueret fundamentum mox allegatum, in quantum non existeret prohibitio cohabitandi cum his, vel illis conjugibus infidelibus.

QUESTIO III.

De Unitate Matrimonii.

DUPLEX considerari posset unitas Matrimonii. Prima, instituendo comparationem ad idem tempus. Ea; consistit in hoc, quòd Matrimonium debeat esse sic unius cum una, ut non possit idem vir simul habere plures uxores, aut eadem mulier plures viros. Secunda, instituendo comparationem ad diversa tempora. Ea; consistit in eo, quòd post unum conjugis, adeoque cessationem unitas Matrimonii, non contrahatur vinculum secundi vel tertii Matrimonii. Priori unitati opponitur polygamia; posteriori verò bigamia, trigamia, tetragamia &c. sive secundae, tertiae, quartae aut ulteriores nuptiae.

Dico I. Polygamia seu pluralitas uxorum (idem à fortiori est de pluralitate virorum respectu ejusdem mulieris) jure divino inhibetur Christianis. Ita definit *Trident. sess. 24. can. 2.* Probatur manifestè ex *Matth. 19.* ubi Christus ait: *Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, machatur.* Ubi prohibet duci aliam priori dimissa, adeoque magis (ut notatur c. *Gaudemus, de Divortis*) priori retentà. Idem habetur *Matth. 10. & Luca 16.* ubi dicitur eum, qui priori uxore dimissa ducit aliam, machari, & adulterium committere super eam: quòd non esset verum, si posterior esset ipsius legitima uxor. Unde pariter certum est polygamiam non tantum esse jure divino illicitam, sed etiam irritam

*Herincx Sum. Theol. Pars IV.*

quoad secundum conjugium. Et in hoc consistit impedimentum ligaminis dirimeas Matrimonium.

Dico II. Polygamia etiam ab initio mundi fuit illicita jure divino. Ita communissimè Theologi. Et colligitur ex *Gen. 2. Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adheret uxori suae, & erunt duo in carne una.* Quod Adam instinctu divino dixit: *Adheret uxori; non, uxoribus.* Item, *Erunt duo*, non autem tres vel plures, in carne una; ut notat *Innocentius III. c. Gaudemus, de Divortis.* Unde *Tridentinum sess. 24. in Doctrina Sacram. Matr. ait: Hoc vinculo duos tantummodo copulari & conjugi Christus Dominus aperius docuit, cum postrema illa verba tamquam à Deo prolata (scilicet in initio mundi per os Adami) referens dixit: Itaque jam non sunt duo, sed una caro.* Colligitur etiam ex c. *Gaudemus, de Divortis*, ubi *Innocentius III. ait: Nulli unquam licuit in simul plures uxores habere, nisi cui fuit divina revelatione concessum.* Unde *Nicolaus Papa c. An non districtè 24. q. 3.* factum *Lamech*, qui solus ante diluviu referatur duxisse duas uxores, vocat *adulterium & flagitium.*

Denique id ipsum esse inconveniens doctet ratio naturalis: nam planè recto ordini repugnaret, si una mulier plures maritos duceret, etiam attento bono generationis prolis. Pluralitas quoque uxorum recto ordini non congruit, sed potius, ut aequa sit viri & mulieris potestas in suum & conjugis corpus: adeoque sicut quaelibet uxor se integrè tradit viro, sic & vir se tradat mulieri. Idemque congruit utilitati status matrimonialis, tum ad rectam prolis educationem, tum ad sinceriores inter conjuges affectum, tum ad rixas, discordiasque domesticas vitandas. Unde & apud Gentes solitiores non fuit permisa uxorum pluralitas; ut de Romanis notum est, inter quos recepta non fuit opposita permissio, quam *Julius Cæsar* teste *Suetonio in ejus vita* tentaverat inducere. Quare ob hæc & similia inconvenientia Deus ab initio creationis non aliter dedit hominibus potestatem suorum corporum in ordine ad usum generationis, nisi mediante conjugio unius cum una. Quod verò de *Valentiniano Imperatore* refert *Socrates l. 4. Histor. c. 26.* eum, ut ultra Severam conjugem suam superinduceret *Justinam*, legem tulisse & in singulis civitatibus divulgasse, ut cuique volenti liceret duas uxores habere legitimas; fabula est summa levitate concinnata, ut ostendit *Baronius ad annum 370.* Duxit quidam *Valentinianus Justinam*, sed post Severae prioris uxoris obitum; inquit *Baronius*. Quamvis alioquin error unius Imperatoris amore impuro excecato non praevaleret legibus divinis & Ecclesiasticis, ipsisque civilibus Romanorum, rectaeque rationi.

Dico III. Ex divina concessione ante adventum Christi aliquando fuit licita poly-

26. Immo fuit à Deo injuncta ab initio mundi.

27. Inconvenientia ipsius polygamiae.

Qua nec apud Gentes solitiores permissa fuit.

28. Polygamia



uxorum an-  
te Christi  
adventum  
aliquando  
ex divina  
concessione  
liciti.

lygamia. Conclusio est satis certa, & habetur p. *Candemus citato*. Patet etiam ex *Augustino* no. l. 22. contra *Faussum* c. 47. Denique patet ex factis sanctissimorum virorum post diluuium, Abraham, Jacob, Elcana patris Samuelis, Davidis & aliorum, quos in continuo adulterio usque ad mortem vixisse non est credibile: cum à Scriptura utraque Testamenti multum laudentur, nec ullibi hac in parte vel minimum reprehendantur. Quinimmo Deus per os Nathanael Davidi imperavit tanquam magnum Dei beneficium, quod plures ei dedisset uxores: quod utique non fecisset, si plurimum uxorum David peccasset, adeoque tam continue adulteria commisisset, qui tam acriter à Nathan de uno adulterio fuerat correptus. Ratio hujus concessionis communiter assignatur à Doctoribus multiplicatio populi Dei, signanter post diluuium, quando vita hominum notabiliter brevior extitit. Sed huic rationi objicit *Aversa* q. 14. scilicet. 1. quod non constet nasci plures feminas quam masculos, sed potius sub quadam morali æquitate, adeoque pluralitatem uxorum non potuisse multum conferre ad majorem multiplicationem, eò quod dum aliqui viri acciperent plures uxores, totidem alii relinquerentur sine uxoribus. Non ergo oportet querere juxta ipsum aliam rationem ejus concessionis, præter divinam voluntatem summæ tamen sapientiæ innixam. Verum etsi hæc sit primaria ratio, negari tamen nequit, pluralitatem uxorum apud Judæos non impedivisse totidem alios, ne uxores haberent: adeoque divinam dispositione conduxisse ad multiplicationem populi fidelis.

29.  
An solis  
Judæis seu  
Dei cultori-  
bus.

Nihilominus hanc concessionem non soli populo Judæorum aut cultorum Dei fuisse peculiarem, sed inde etiam extensam fuisse ad alias Nationes, tanquam valde probabile admittit *Bellarminus* l. 1. de Matr. c. 11. & plures alii, & colligitur ex *Augustino* *suprà*.

Porrò Deus hoc concessit, vel mutando materiam, quatenus facultatem transferendi jus in suum corpus restrictam Deus extendit, ut posset quis illud in plures uxores transferre, prout plures docent: vel etiam dispensando in lege, si dicatur fuisse positiva: immo etsi fuerit naturalis, cum in ea etiam, si sit largè naturalis, possit Deus dispensare juxta *Secundum* & plures alios.

Fuit hæc  
concessio pe-  
nitentiæ per  
Christum  
ablata.

Fuit tamen hæc concessio penitus per Christum sublata, etiam quoad Gentiles: cum ipse Matrimonium pro omnibus re-duxerit ad pristinum statum juri naturæ consonum. Immo etiam ante Christum fuisse concessionem extinctam, censet *Bellarminus* *suprà* *propof.* 6. & approbat *Basilius Pontius* l. 7. c. 49. n. 6. Unde Ecclesia infidelem polygamum cum omnibus uxoribus con-

versum permittit manere cum sola prima, ceteris facultate habendi quibuscumque.

Conclusio non obstat, quod Scriptura subinde secundas uxores vocet concubinas, quia illas etiam subinde vocat uxores. Sic Agar *Gen.* 6. dicitur uxor Abraham: item Cetura dicitur ejusdem uxor *Gen.* 25. & Bala *Gen.* 30. dicitur conjux Jacob: at *Gen.* 31. dicitur ejusdem concubina. Et *Deuter.* 21. dicitur: Si habuerit homo uxores duas &c. Immo nomen concubinæ tribuitur etiam, sed minor, primariæ uxori: ut patet *Judic.* 19. ubi unica Levitæ uxor dicitur concubina ejusdem: Unde quamvis nomen concubinæ communi usu significet illam, quæ consuetudine quadam vivendi adhibetur ad concubitum illicitum, Scriptura tamen illud etiam attribuit ei, quæ assumitur ad conjugium causâ concubitus seu generationis prolis. Potissimum tamen nomen uxoris tribuit ei, quæ assumitur in conjugium & sine ul familiæ administrationem, sic ut plenissimè participet jure & libertati uxoriæ, sitque viro quodammodo par. Quo modo Sara fuit assumpta ab Abraham, quæ idcirco vocatur domina ipsius Agar. Similiter assumptæ sunt ab Israël Lia & Rachel. Sed Agar, Bala, & Zelpha, quia permanserunt in conditione servili, desecerunt à perfectione juris uxorii. Unde nec filius Agar ancillæ Saræ, neque etiam filii Ceturæ fuerunt heredes bonorum Abraham, sed filius solius Saræ, quæ etiam *Gen.* 25. dicitur uxor cum distinctione contra concubinas seu uxores secundarias.

DICO IV. Secundæ nuptiæ (idem est de ulterioribus) post mortem comparitæ sunt per se licitæ. Est de fide contra *Monachos* & *Novatianos*, qui secundas nuptias putant esse illicitas. Et patet ex perpetua praxi fidelium, & Apostolo *ad Rom.* 7. & *1. Cor.* 7. ubi ait: Si dormierit vir uxorem suam, cui vult nubere, tantum in Domino, id est, prolis, non libidinis causâ, seu, religiosè cum Dei timore, aut certè in Domino, id est, in Domini Ecclesia & Christianismo. Unde nec Christus *Matth.* 22. damnavit mulierem, quod septem viros legitime habuisset; nec *Joan.* 4. Samaritanam, quod quinque habuisset. Idem traditur in *Concilio Nicæno* can. 8. *Florentino* in *Decreto de Armenis* (quod etiam de quartis & ulterioribus nuptiis id expressè declarat) & can. *Aperiatur* & can. *Quod si dormierit* 31. q. 1. de quoruscumque nuptiis; & in *Decretalibus* *tit. de secundis nuptiis*.

Nihilominus in quibusdam Canonibus secundæ nuptiæ minus laudantur, & habentur tanquam signum cujusdam intemperantiam & nimiam concupiscentiæ. Ideo *de his* 31. q. 1. ex antiquissimo *Concilio Neocasariensi* arcebat in illis presbyter à convivio, & nubenti ob præsumptam intemperantiam imponebatur aliqua penitentia. Et ibidem c. *Hæc ratio* ex *Antore operis* imper-



perfecti in Matth. hom. 32. vocatur fornicatio, eaque licita & honesta.

Non obest etiam, quod secundis nuptiis denegetur benedictio: hoc enim ceremoniale est ex voluntate Ecclesiae, quae id statuit, ne repetitae benedictiones vilescant. Similiter non obest, quod bigami afficiantur irregularitate: eorum enim non est poenalis, sed constituta per Ecclesiam; quod huiusmodi matrimonium deficiat à perfecta significatione conjunctionis Christi cum Ecclesia.

Non obstat denique, quod Jure Civili infligatur infamia viduae nubenti infra annum. Iustus L. 1. C. de secundis nuptiis. Nam hanc poenam, & si quae aliae adhuc sint per leges statutae, abolet Jus Canonicum c. Summa per illa, & c. Cum secundum Apostolum, de secundis nuptiis, ubi etiam tantum fiat mentio legalis infamiae, tamen ratio subjuncta, scilicet quod non deceat legalis infamiae sustinere jacturam, quae intra tempus luctus nubentis concessa sibi ab Apostolo utitur auctoritate per quam infamia aboletur, habet etiam locum in alijs poenis: ut proinde in iis idem sit statuentium, ex regula, quod legis ratio sit ejus anima, & in lege expressa, sit pro lege. Et ita servari tradit Gratianus hic P. 2. c. 3. §. 9. n. 7. & seqq. Quantum verò ad illas dispositiones, quae potius concernunt provisionem & commodum liberorum prioris matrimonii, cum non contineant poenam, dicendum, eas etiam hodie servandas esse, quia circa eas nihil disposuit lex Canonica; nec fuit ut disponeret, cum nihil mali moris involvant, immo bonis moribus respondeant.

Notandum tamen, non posse conjugem transvolare ad secundas nuptias, donec constet de morte comparis, in cuius praedictum, si forte superstes sit, cederet novum matrimonium, quicquid jure suo in casu dubio spoliandum. Praeterea quod praesumendum sit vivere, dum contrarium probatum non fuerit, ut tradunt omnes in Cap. In praesentia, de sponsalibus. Putat verò Silvester, Layman, Diana & plures alii, quod pro foro conscientiae sufficiat probabilitas de morte conjugis, per conjecturas & indicia. Sed communior & tutior doctrina requirit moralem certitudinem: nam c. Dominus, de secundis nuptiis dicitur: Nullus ad secundas nuptias migrare praesumat, donec ei constet, quid ab hac vita migraverit conjux ejus. Et c. In praesentia, de sponsalibus deciditur, quantumque annorum numero abfuerint viri, non posse uxores aliud matrimonium inire, donec certum nuntium recipiant de morte virorum. Qui Canones non solum agunt de foro externo: cum verba dirigantur etiam ad ipsos contrahentes. Et quidem c. In praesentia dicitur eos non posse contrahere, & simul praecipitur iudici, ne permitat. Et sane in re tam gravi, tot incommodis & periculis obnoxia, non est prudentis,

praesertim absque necessitate, duci solà probabili existimatione: aut certè etiam ex natura rei illa sufficeret, plus tamen requiritur jure saltem positivo.

Nec obstat, quod cap. Cum per Bellicam 34. quaest. 2. dicitur: Nec tamen culpabilis iudicetur, qui personam ejus mariti, qui jam non esse existimabatur, assumpsit. Item quod c. Quoniam ut vis non contestata dicitur: Si de carnali conjugio sit agendum, tam diu alteruter conjugum expectetur, donec de ipsius obitu verosimiliter praesumatur. Nam id intelligitur de existimatione justa & moraliter certa, atque de simili praesumptione, quae probationi aequivaleat. Alioquin cum c. Quoniam agatur in ordine ad forum externum, militaret hoc ipsum contra alios Auctores. Quod tamen addit Arvensis q. 14. sect. 3. in casu contrarietatis hos textus esse correctos per alios posteriores, non potest subsistere: cum posterius illis sit cap. Quoniam, quod est Innocentii III. qui est posterior Clementi III. & Lucio III. auctoribus priorum capitum.

Nihilominus moralis certitudo habet gradus, & ut plurimum relinquitur prudentiae iudicis. Specialiter autem non sufficere solam famam & testificationem de auditu, nisi concurrant alia adminicula & conjecturae, docet communior sententia: alia enim non facit certam moraliter probationem. Quam facere potest, concurrente diuturnitate absentiae, distantia loci, fundamento rationabili & universalitate ipsius famae. Similiter non sufficere unicum testem de visu, qui nec sufficit in levioribus causis, censet Bartolus, Zoefus & alii passim, nisi accedant alia adminicula, v. g. senium, debilitas &c. Ut proinde cap. Dominus, de secundis nuptiis, exigens certum nuntium, non sit accipiendum de teste uno, sed de certitudine quam ponunt certa nova. Puto tamen testem posse tantae fidei esse, ut sufficeret saltem juratus: cum inde major certitudo, quam ex alio communi teste cum quibusdam adminiculis habeatur. Quare sufficit attestatio desumpta ex libro Rectoris parochiae, quae censetur publica, & maxime fidem faciens. Alioquin totum ferè ad iudicis prudentiam remittendum est.

Quòd si adhibità debita cautela contractum sit novum matrimonium, & postea deprehendatur conjugem, qui certò putabatur mortuus, adhuc esse superstitem, certum est non valere secundum Matrimonium, adeoque primum esse redintegrandum, ut constat ex impedimento ligaminis, & expressè decisum est c. Dominus, de secundis nuptiis.

E contra, si temerè & absque debita certitudine contrahatur novum Matrimonium, reverà tamen postea appareat, spatium v. g. de morte conjugis rumorem fuisse verum, talis quidem ratione periculi gravissimè peccavit, Matrimonium tamen se-

Nulla hic Canonum contrarietas.

36. Qualitas certitudinis requisita amplius declaratur.

37. Si post secundas nuptias bona fide de contractas, deprehendatur conjugem adhuc vivere, ab eis recedendum est. Si temerè sint inita, verè tamen conjugum obierit, valida sunt.



cundum verè fuit validum: quidquid contradicat Pontius lib. 7. c. 53. num. 5. Immo id expresse videtur decisum c. *Pomius, de secundis Nuptiis*. Qui textus atenus est correctus per c. *In presentia, de sponsalibus*, ut contendit *Pomius* existimans ibi personam conjugatam reddi inhabilem ad iterum contrahendum, donec certum nuptium accipiat de morte alterius conjugis, quasi verò hujus certitudinis carentia sit impedimentum dirimens, etiam sine vero ligamine. Quod omnino sine fundamento exco- gitatum est contra communem sensum. Nec in c. *In presentia* apparet ulla hujusmodi irritatio, sed tantum prohibitio; aut certè irritatio, ut ad huc *vincentius* *viris suis non possint ad aliorum consortium conuolare.*

38.  
Vix etiam, si  
constet prio-

Ex quibus similiter constat carere fun- damento id, quod noster *Marchant* in *Resolut.*

de *S. Gram. Matrim. Casu 1. Resol. 6.* asserit, quod verè subesse in utroque foro impe- dimentum dirimens, ligaminis, quando quis contrahit secundas nuptias, postquam contraxerat priores certò invalidis ratione impediendi occulti: quasi verò prius ma- trimonium verè nullum, in facie Ecclesie celebratum, aliter obfit secundo matrimo- nio, quam quòd Ecclesia, quæ non iudicat de occultis, in foro externo staret pro in- validitate illius, quousque ei constet siue probetur defectus prioris Matrimonii. Alioquin uti hoc indubiè est in foro con- scientie nullum, sic posterius est in eodem foro validum. Prout indubiè validum foret, si conjugii certò constaret, sed probari Ecclesie non possit constans mors: quã utique formalissimè soluitur ligamen lex- que conjugii.

## DISPUTATIO QUINTA.

### De Solemnitatibus Matrimonii, & Matrimonio Claudefino.

#### QUESTIO I.

An Matrimonium Claudefinum sit illicitum & invalidum?

1.  
Matrimoni-  
um clande-  
stinum du-  
pliciter su-  
mitur.

Quodnam  
enseatur  
celebratum  
coram facie  
Ecclesia.

2.  
Matrimoni-  
um simpli-  
citer clande-  
stinum ante  
Tridentinũ  
erat illicitũ  
iure Eccle-  
siastico.

Non natu-  
rali.

**M**ATRIMONIUM, ut debite inueatur, exigit certas solemnitates, videlicet ut celebretur in facie Ecclesie, præmissisque certis denuntiationibus: aliter autem celebratum, etsi solæ denuntiationes sint indebite prætermittæ, generali quâdam ratione dicitur claudefinum. Propriè tamen & simpliciter ita appellatur, quod non est publice coram facie Ecclesie celebratum. Ad quod nunc requiritur, ut celebretur coram Parochæ seu Ordinario, vel alio Sacerdote delegato ab eo, & duobus vel tribus testibus: olim autem censebatur contractum in facie Ecclesie, quod erat celebratum coram legitimo Ecclesiastico ministro & Pastore, eiusve locum tenente. De Matrimonio claudefino propriè sumpto nunc est sermo. Itaque

**DICO I.** Ante Concilium Tridentinum Matrimonia claudefina fuerunt illicita, sed non invalida. Prima pars patet ex *Trident. sess. 24. c. 1. de Reform. Matr.* ubi de illis sic loquitur: *Sancta Dei Ecclesia ex iustissimis causis illa semper detestata est atque prohibuit; verum cum sancta Synodus animadvertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam jam non prodesse &c.*

Non sunt tamen Matrimonia claudefina prohibita iure naturæ, etiamsi nemine

præfente, & omnino clam celebrentur: quidquid *Sanchez* *l. 3. d. 3. num. 8.* & quidam alii contrarium putent: nulla enim apparet ratio naturalis, quæ id satis suadeat. Confirmatur exemplo aliorum contractuum, in quibus (si claudefinè contrahantur) sunt etiam sæpe quædam inconuenientia; ut in Matrimonio: ob quæ potestas publica merito varia circa varios contractus ordinatur, etsi per se liceant & valeant claudefinè initi.

Secunda pars est communissima Docto- rum, & patet ex præfata Ecclesie, quæ etiam nunc, ubi *Tridentinum* est receptum, non habeat ea Matrimonia pro invalidis. Idipsum indicat *Tridentinum* supra in *primop. cap.* dicens, *dubitandum non esse, claudefina Matrimonia rata & vera esse, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit.* Quæ postrema verba sic iure disposita, ut relinquereur indecisum, an olim (de tempore *Tridentini* non erat ratio- nabilis quæstio) verè fuerint irritata ab *Evangelio* Papa; prout pauci ex Patribus Concilii existimabant, juxta *Galat. inum l. 23. Hist. Trid. c. 8. n. 10.* cum tamen prius abso- lute fuisset in forma Decreti positum: *Eodemque rament irrita non fecit.* Subditque nihilominus Ecclesiam semper illa prohibuisse. Cumque prohibitiones amplius non prodesse, procedit eodem ad irritationem eorumdem. De illis autem, qui priori uxore, cum claudefinè contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, docet quòd cum ea in perpetuo adulterio vivunt, cum scilicet *Tridentinum* nec- dum irritasset matrimonia clam contracta, quæ proinde apertissimè supponit fuisse va- lida:



lida cum perpetuum adulterium supponat Matrimonii valorem.

Nec obstat, quod Evaristus Papa c. Aliter 30. q. 5. dicit, talia Matrimonia esse adulteria vel contubernia, vel supra, aut fornicationes potius, quam legitima conjugia. Nam solum loquitur quantum ad apparentiam & praesumptionem, et quod modus sic contrahendi non conveniat legitimis conjugis, sed potius stupris & adulteriis, & quod apud Ecclesiam non constat de veritate Matrimonii, nisi ei officetur. Lainius apud Palavicinum l. 22. c. 4. n. 25. existimabat Evaristum fuisse locutum in casu deficientis interioris consensus: qui in hujusmodi conjunctionibus saepe contingebat, ideoque ab Evaristo ad finem addi: Nisi propria voluntas accesserit. Alioquin apud Tertullianum, Evaristum propinquum, legi, Matrimonia occulta esse firma. Constantinus Bonellus apud Palavicinum supra c. 3. n. 17. intelligebat Evaristum de adulteriis seu contuberniis causaliter, quia nimirum erant causa eorum in secundis Matrimoniis irritis. Alioquin ibi varias condiciones praemittit, quas certum est nunquam fuisse requiritas ad validum Matrimonium, & tamen postea generaliter sine differentia subdit: Ita peracta legitima scilicet esse connubia: aliter vero praesumpta non continentur, sed adulteria. Saltem (quidquid censuerit Guerrerius apud Palavicinum l. 23. c. 5. n. 19.) satis constat Decretum Evaristi; quatenus fuisset irritans, jam tum tempore Tridentini robore caruisse (etsi apud nonnullos venerit in considerationem ad mandandam in Ecclesia irritandi potestatem) ut ex ipso Tridentino satis patet. Itemque ex eo, quod Ecclesia copulam post sponsalia praesumeret in affectu conjugali, etsi clandestinam, adeoque verum Matrimonium. Ita Alexander III. c. veniens & Gregorius IX. c. is qui de Sponsalibus.

Non obstat II. c. Videtur 35. q. 6. ubi dicitur, secundam quam aliquis duxerat contra prohibitionem Ecclesiae, non esse ipsius uxorem: nam (inquit Celestinus Papa) quod contra interdictum & ordinem Ecclesiae factum est, inquam inordinatum ratum non haberi, tam divina, quam humana legis proclamat auctoritas. Ibi enim tantum agitur de casu particulari, quo quis contraxerat sponsalia, sive de praesenti (ut verba textus permittunt) sive de futuro quidem, sed qui (ut patet ex textu) priorem sponsam postea carnaliter cognoverat, & ex ea prolem suscitaverat, ac nihilominus volebat eam deserere, & aliam ducere: hoc autem casu ante Tridentinum erat praesumptio Juris, esse inter tales contractum Matrimonium, copulamque habitam affectu maritali, juxta c. Is qui 30. de Sponsalibus.

Dico II. Qui aliter quam praesente Parocho vel alio sacerdote de ipsius Parocho seu Ordinarii licentia & duobus vel tribus testibus Matrimoni-

um contrahere avertaverint, eos sancta Tridentina Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddidit, & hujusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, per quos praesenti decreto irritos facti, & annullati. Ita in terminis Tridentinum supra.

Fuit quidem ante Tridentinum aliquando dubitatum de potestate Ecclesiae quoad hoc ipsum, addo ut aliqui putarint eam, illam non competere Ecclesiae. Immo id censuerunt quadraginta Episcopi ex iis qui ad Tridentinum venerant, multique alii Doctores ibidem, teste Diana p. 8. Tit. 1. Resol. 59. adde, quod in Tridentino post molestas ac multum prolixas dissertationes, diurnasque deliberationes, collectis tandem suffragiis Praeses Cardinalis Moronus elata voce pronuntiavit, Decretum de clandestinis displicuisse plusquam quinquaginta Patribus: inter quos Cardinalis Simonetta & Cardinalis Hosius pariter Praesides, apud Palavicinum l. 23. c. 9. n. 5. Sed subsecuta comprobatio Romani Pontificis, cui omnes Legati, & complures ex Patribus adversantibus se remiserant, dubitationem omnem sustulit; inquit Palavicinus supra, certissime constat haec potestas ex ipsius Tridentini facto & declaratione.

Neque suberat justa ratio dubitandi, quin Ecclesia hoc facere possit, non quidem immutando materiam & formam Sacramenti (quod facere non potest) sed efficiendo, ut contractus in quantum civilis, sit nullus: sicut potest annullare alios contractus civiles. Posita autem nullitate contractus (cujus valor est velut fundamentum substratum ipsi Sacramento) non potest poni vinculum matrimoniale, sed neque ipsum Matrimonii Sacramentum: cum Christus ad rationem Sacramenti non exierit, nisi contractum validum & legitimum; ipsumque Sacramentum pro materia habeat corpora contrahentium apta ad sic contrahendum. Alioquin Ecclesia non potest, facere, ut contractus manens validus non sit Sacramentum, quando non deest intentio Sacramenti in fidelibus contrahentibus. Neque tamen Christus subtraxit Ecclesiae potestatem disponendi de solemnitatibus legitimi matrimonialis contractus: ut in plurimis quoque Matrimonii impedimentis patet.

Porro Ecclesia irritat Matrimonia clandestina; non tantum indirecte, faciendo contrahentes inhabiles ad contrahendum, uti consanguineos, sed etiam directe annullando secundum se ipsum contractum, ut satis patet ex relatis verbis Concilii. Nec id superat Ecclesiae potestatem magis, quam in aliis contractibus civilibus. Quare contrahentes relinquit hic habiles, & tantum inhabilitat ad sic contrahendum, quia neumpe invalidum facit contractum, ad quem quisque eo ipso est inhabilis.

Quia

invali-  
est matri-  
monium ali-  
ter contra-  
ctum, quod  
praesenti  
decreto  
irritum vel  
delegato &  
duobus te-  
stibus.

Olim fuit  
dubitatum  
de potestate  
Ecclesiae  
quoad hoc;

Sed sine va-  
tione.

6.  
Irritat Ec-  
clesia di-  
recte ipsum  
contractum  
clandestinum.



Non excusat  
ignorantiam  
vel necessi-  
tas à nulli-  
tate ejus-  
dem.

Quia verò hoc decretum est Concilii generalis, non potest Episcopus in eo dispensare. Et quia est irritativum, non excusat ignorantiam, etiam invincibilis, ut nec necessitas: ut si v. g. contrahens sit morti vicinus, & proles alioquin maneret illegitima, vel subsit peccati periculum ob presentiam concubinae. Quamvis enim similia excusent à peccato in lege humana prohibente, non tamen dant valorem actui in lege irritante, ut patet in similibus legibus, quibus irritantur matrimonia Religiosorum, consanguineorum &c. Vide Sanchez l. 3. d. 17.

7.  
Decretum  
hoc Tridentinum  
debet  
specialiter  
esse publica-  
tum in sin-  
gulis paro-  
chiis.

Nota tamen hanc irritationem non esse efficacem, nisi in locis & parochiis, in quibus Tridentinum est publicatum, etiam specialiter quoad hoc decretum, idque post 30. dies à die primæ publicationis illius in eadem parochia factæ numerandos; ut expressit *Trid. sup. in fine cap.*

8.  
Proficiscens  
ad locum  
ubi non est  
publicatum,  
validè ibi  
contrahit  
clandestinè.

Nota II. juxta veram & communem sententiam valere Matrimonium contractum sine parcho & testibus in loco ubi Tridentinum non est receptum, etiam si receptum in loco, in quo habent domicilium. Ratio est: quia leges non respiciunt nudè personas, sed cum ordine ad locum ubi receptæ sunt, Quod confirmat commune axiomata: *Si fueris Romæ, Romano vivito more &c.* Deinde hoc est speciale in contractibus (excepto contractu dotis) ut celebrentur juxta solemnitates receptas in loco, ubi sunt celebrandi juxta *Cap. fin. de foro compe- tenti*, & *L. Si fundus ff. de Evictionibus*. Ita Sanchez d. 18. n. 29. & plurimi alii, qui docent id esse verum, etsi contrahentes eo fine ad talem locum se contulerint. Quod est contra Sylvium & quosdam alios; in quorum favorem referri solet quædam declaratio Cardinalium, quæ facta est quæstionem proponente Francisco Zypæo, ut ipse refert l. 4. *Consult. Canonic. consult. 6.* Alioquin prior opinio videri poterat & conformior communibus regulis interpretandi leges, quibus nimirum non ligantur extra domicilium existentes in loco ubi non obligant, maxime leges contractuum. Unde sequi videtur licitè aliquem se conferre ad alium locum, ut ibi v. g. non sit obligatus lege jejunii obligante in loco domicilii: adeoque similiter quoad valorem actionis seu contractus alibi non exigentis certam solemnitatem procedit validè, etsi illicite, qui tali fine aliud se confert, ubi non viget lex irritans, sed tantum prohibens.

Id est juxta  
plurimos  
si eo fine il-  
luc diver-  
sit.

9.  
Satis est, si  
fit publica-  
tum in loco  
contractus,  
etsi non in  
loco domici-  
lii.

Ex his patet, oppositum esse dicendum de iis, qui contrahunt in loco, ubi Tridentinum est receptum, etsi non sit receptum in loco sui domicilii: quia advenæ debent se conformare legibus locorum, præsertim si sint de se generales, & signanter in celebratione contractuum. Unde si Anglus, in cujus provincia numquam fuit hoc decretum promulgatum, contraheret Lovanii in

Matrimonium sine parcho & testibus, non valeret. Patet etiam vagabundos validè contrahere sine parcho & testibus in loco ubi Tridentinum non est receptum, invalidè, ubi receptum est.

Nota II. cum in partibus Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ omnino supponatur Tridentinum satis publicatum olim fuisse, Matrimonia esse invalida, quæ ibidem contrahuntur sine Parcho & testibus. Quod etiam de hæreticis ibidem degentibus declaravit *Congregatio Cardinalium*, ipsorum scilicet Matrimonia absque forma Concilii, quamvis coram Ministro hæretico vel Magistratu loci contracta, nulla atque irrita esse. De Matrimoniis tamen contractis etiam per Catholicos, ubi nulli sunt noti proprii pastores, jam olim actum fuit cum SS. D. N. & cum *Congregatione Concilii Tridentini*, ac sententia communis fuit Matrimonia illa esse rata, neque ad ea pertinere Decretum *Concilii Tridentini*, cum in hujusmodi locis observari non possent, prout anno 1600. die 30. Decembris Cardinalis *Bellarminus* respondit Octavio Tricaricensi Episcopo Nuntio Apostolico in Belgio. Similiter idem Cardinalis respondit Henrico Cuykio Episcopo Ruræmundensi. Conformiterque s. *Congregatio* (quæ à Nuntio præfato consulta fuerat) an. 1603. die 19. Januarii D. Saboldo Archiepiscopo Philippensi respondit, valere scilicet Matrimonium sine Parcho, servatâ quantum fieri potest formâ Concilii, adhibitis nempe testibus, quando non est pastor, aut alius sacerdos, qui pastoris aut Episcopi vices suppleat: vel si non pastor quàm Episcopus nullo consensu Vicario metu hæreticorum, lateat, sed ut verè ignoretur ubi non sit, vel eodem metu à Diocesi ab sit, nec ad alterutrum sit situs accessus. Quod tamen hoc tempore in præfatis locis vix contingit. Responsa verò Cardinalium in speciem opposita, quorum aliqua significant non valere, alia autem valere Matrimonia in præfatis ditioribus contracta, concordat *Propositiis q. 4. dub. 8.* quod priora intelliguntur de locis in quibus est copia legitimi ministri Ecclesiastici, posteriora verò de locis in quibus non sunt Sacerdotes, qui legitime assistant, vel difficilis aut non potius ad eos pateat aditus. Quod merito declarant: quia non fuit mens Concilii suum Decretum obligare, ubi non essent Pastores vel non possent adiri; alias enim non possent ibi Matrimonia celebrari. Quare cum in ipso Tridentino (teste *Palavicino l. 23. c. 6. n. 19.*) alia aliter peramentata posuissent pro illis Provinciis, ubi Parochus non adest, respondit *Franciscus Blancus*, Decretum eo pacto fuisse conceptum ut non nisi post habitam in Parochia vulgationem obligaret; adeoque ab eo obstructum non iri eos populos, inter quos Parochi non essent.

Hinc etiam potest resolvi difficultas, an valeant



valent Matrimonia celebrata coram Magistrali, & non coram parochio in ...  
cis, in quibus pastor toleratur quidem ab Hæreticis, sed eâ conditione, ut Sacramenta non administret, idque tam administranti quam suscipienti prohibitum sit sub pena mortis, exilii, vel valde gravis multæ. Quæ difficultas à paucis annis locum habuit in ditione Falcoburgensi & locis vicinis. Eademque à Joanne Miræo Episcopo Antverpiensi anno 1607. die 19. Martii proposita fuit Guilielmo Esio, qui rectè respondit ejusmodi Matrimonia valere, eò quòd ibi non sit tutus ad sacerdoteni accessus, sicut non dicitur tutum iter, ubi homines spoliantur, etiamsi non occidantur. Videnturque paria, parochum abesse, sic ut non sit tutus ad eum accessus, & adesse quidem, sed sic ut ejus operâ tutò quis uti nequeat; cum utrobique sit æquale periculum in accedendo. Idem approbat Sylvius q. 45. Supplem. d. 5. 5. Quartum quarto ubi tamen addit, quòd si non sit parochus in loco, vel sit quidem, sed cum dicto periculo: sint autem in vicinis pagis sacerdotes habentes ab Ordinario vel ab eundem facultatem assistendi Matrimoniis Christianorum, & circumeuntes oppida & pagos, offerentesque (occultè tamen & cum periculo) Sacramenta & operam suam: illi qui non coram tali sacerdote contrahunt, cum possint absque gravi suo periculo eum vel accersere, vel adire, invalidè contrahant, quia licet non sine suo periculo præstet operam, cum tamen eam offerat, contrahentes possunt evitare decretum Concilii, ideoque illud tenentur.

Q U Æ S T I O II.

De Qualitate necessaria Parochi, Testium, ac presentia requisita ad Matrimonium.

NOMINE Parochi, cujus assistentiâ à Tridentino requiritur, intelligitur is, qui habet beneficium cum cura animarum, sive sit Pastor, sive Ordinarius superior, ut Episcopus ejusdemque in spiritualibus Vicarius Generalis, qui juxta communem sententiam à Tridentino his & alibi intelligitur etiam nomine Ordinarii. Item Capitulum Sede vacante, Legatus Pontificis, & ipse Pontifex. Unde in Rituali Romano præscribitur, ut assistat Parochus vel Ordinarius. Quare Archiepiscopus non potest assistere subditis Suffraganeorum seu Comprovincialium Episcoporum, nisi dum actu visitat, aut certè per viam appellationis factæ ab Ordinario nolente assistere.

Neque est necessarium, ut Parochus assistens sit sacerdos juxta Doctores passim: quia Tridentinum ejusmodi conditionem in Pa-

rocho non requirit; & aliunde constat Parochum etiam non ordinato de jure tolerari, quæcumque non sunt actus Ordinis, nisi satis aperte restringatur; prout in præfenti non fit. Quare ita etiam declaravit Congregatio Cardinalium. Nec refert, quòd à Tridentino addatur, Vel alio sacerdote. Nam inde non sequitur ipsum quoque Parochum debere esse sacerdotem: non enim requiritur omnimoda identitas qualitatis, non obstante ly alius: cum rectè exponatur hoc modo, Vel alio qui sit sacerdos. Uti Lucæ 13. dicitur: Ducebantur autem & alii duo nequam (id est, qui erant nequam) cum eo. Ordinarium namque est, ut Parochus sit sacerdos, & saltem infra annum esse debet, officiumque parochiale dirigitur ad Ordinem sacerdotalem. Quòd si etiam à parte rei non esset verus Parochus, sufficit quòd habeat titulum coloratum cum errore vulgi. Similiter potest validè assistere Matrimonio, et si sit excommunicatus, etiam non toleratus: prout declaravit Congregatio Cardinalium ad sess. 24. cap. 1. de Reform. Matrim. §. Qui alias quam præfente Parocho. Ratio est: quia hic actus non est jurisdictionis, sed testis requisiti à Jure. Deinde actus jurisdictionis non exercetur ab invito; valet tamen Matrimonium contractum coram Parocho invito. Denique ob hoc sufficiunt ad valorem duo testes similes sive excommunicati. Vide latius Sanchez l. 3. d. 21. & alios.

Quia verò Parochus non potest assistere Matrimonio quorumlibet, sed tantum suorum, seu quorum censetur esse Parochus, hinc non sufficit, ut aliqui sint in transitu vel recreationis gratiâ in loco alicujus parochiæ, ut Parochus eorum Matrimonio assistat, sed requiritur ut habeant ibidem fixum domicilium, vel saltem habitationem quæ sufficiat ad acquirendam parochiam, & consequente ut Parochus habeat potestatem ordinariam administrandi eis Sacramenta. Ad hoc autem non requiritur juxta Doctores passim animus perpetuò manendi in parochiâ, seu strictum domicilium: sed sufficit animus habitandi ad certum tempus, modò id breve non sit: quomodo studiosi in Universitatibus, milites in præfidiis, sollicitantes in Curia &c. per notabilem saltem anni partem manere statuentes, in eum finem sufficienter ibidem habitant: adeò ut habitatio tali modo, et si ad diem tantum, incepta, operetur eundem effectum, quem post menses aliquot habitationis expletos. Unde etiam ex sola habitatione alicubi, non per modum viatoris, sed conductâ domo vel officinâ contrahitur quasi domicilium, ita ut possit quis ibi conveniri, ut habetur l. Heres absens §. Proinde, in fine, ff. de Judiciis, & per consequens acquiritur quasi domicilium in rebus spiritualibus, ut ratione illius habeat Parochus jurisdictionem in sic habitantem; adeoque hic

Sufficit parochus cum titulo colorato

Item Excommunicatus non toleratus

14. Parochus debet esse proprius

Quis ex quorum refectione censetur talis

12. 13. 14. 15.



hic fiat illius subditus. Vide Sanchez l. 3. d. 23. Sylvium qu. 45. Supplem. art. 4. §. Quiritur quind, & alios.

**15.** Coram eo potest inire matrimonium extra limites parochia.

Sponsus aut versus parochiarum utriusvis Parochus potest assistere.

Nec requiritur, quod contractus celebraretur coram paroco intra limites suae parochiae (idem quoad Episcopum est de diocesi) quia hic actus nullum tribunal aut strepitum vel solemnem pompam requirit; cujusmodi dumtaxat in alieno territorio fieri prohibentur. Quare idem est de aliis actibus parochialis officii externam pompam aut strepitum non exigentibus. Quando autem sponsus & sponsa sunt diversae parochiae, assumitur ordinariè Parochus in cuius parochia Matrimonium celebratur. Hoc tamen non requiritur ad valorem, immo nec ad licitum: cum sufficiat assistere parochum alterutrum. Deinde non est ratio, cur minus posset ibi assistere huiusmodi Parochus, quam in alia parochia, de qua neuter contrahentium existeret.

**16.** Quis valeat assistere Matrimonii vagorum.

Matrimonio vagabundorum (etsi alter tantum si vagabundus, inquit Sanchez d. 25. n. 14.) potest probabiliter assistere quilibet Parochus: quia non videtur major ratio de uno, quam de alio. Ita Sanchez supr. à n. 11. & alii. Ceteri tamen volunt eum censendum Parochum vagorum, & ad valorem Matrimonii necessarium, in cuius parochia morantur: ne alias censeantur tales omni paroco carere, immo si sint vagi respectu quarumvis diocesis ac provinciarum, omni Ecclesiastico superiore, præter Papam: quod apparet inconveniens.

**17.** Quid circa illas Parochos stobervandum ex præscripto Ecclesie.

Circa eosdem vagabundos Tridentino c. 7. Parochis præcipitur, ne illorum Matrimonii intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint. Quod decretum intelligitur etiam, quando unus tantum contrahentium est vagus, ut colligitur ex fine ipsius decreti, qui pariter tunc locum habet. Immo Aversa qu. 7. sect. 2. ob eandem rationem intelligi vult etiam de exteris & advenis, qui jam primo domicilium figere ceperunt. In quibus planè rationabile est idem observari. Uti etiam in uxoribus militum, captivorum, vel aliorum qui peregrinantur: de quibus idem præscribit Rituale Romanum Tit. de Sacram. Matrim. Quod si tamen hoc decretum Tridentini non servaretur, seclusis aliis impedimentis Matrimonium valeret; eò quod non opponatur particula irritans. Idemque censuit Congregatio Cardinalium.

**18.** Ordinarius potest substituere alium, sed non nisi Sacerdotem.

Potest quoque Parochus & Ordinarius substituere alium, qui suo loco assistat Matrimonio. Hic tamen debet esse sacerdos; ut patet ex Tridentino c. 1. dicente: *Vel alio sacerdote de ipsius parochi vel Ordinarii licentiâ.* Quæ verba commodè intelligi possunt in rigore, uti sonant. Et hunc intellectum confirmat communis Doctorum sensus, ipseque usus de Paroco & alio substituendo. Et quidem congruè statuit in Paroco sufficere

officium, quod alio substituendo suppleri deberet per sacerdotium.

Sed difficultas est, an hæc licentia possit alteri dari à Paroco seu Ordinario excommunicato, etiam non tolerato. Plures negant, sed probabilius alii affirmant: eò quod hæc substitutio seu concessio licentiae est improprie dicatur actus jurisdictionis, & differentiam actus Ordinis; proprie tamen sit tantum actus substituendi, alterum ad restituendum pro se: quare sicut assistere vel testificari, sic & alterum ad hoc substituere non est actus jurisdictionis. Quem admodum etiam non exercet jurisdictionem privatus aliquis, qui in suis negotiis statuit procuratorem; similiter nec procurator alium substituens. Unde Parochus per excommunicationem non privatur potestate hæc substituendi.

Pari ratione validè substitui potest sacerdos excommunicatus non toleratus, infamis, condemnatus &c. cum assistentia ut dictum est) non sit actus jurisdictionis, sed cuiusdam authenticæ testimonii, à quo similes non repellit, patet ex ipsis testibus. Non adhuc tamen excommunicatus vitandus sine gravi peccato (quidquid Nonnulli secus sentierint) nisi excuset necessitas: cum sit communicatio in re tam gravi & sacra. Quemadmodum etiam peccaret mortaliter, qui iuste & specialiter inhibitus ab Episcopo assisteret Matrimonio, veluti contrahentis iusto præcepto in re gravi.

Ut autem censeatur alium substituere sufficit concessio generalis, quæ ipsi à Pastore conceditur facultas omnia pastoralia ministeria exercendi in sua parochia: sub hac enim etiam comprehenditur facultas assistendi Matrimonio. Vide Sanchez l. 3. disp. 35. n. 7. Sufficit etiam licentia tacita, quando videlicet Pastor alteri tacet Matrimonio assistere, & tacet; cum tamen sciatur contradicere deberet, si non consentiret: quia in tali circumstantia qui tacet, consentire videtur. Est tamen necessarium, ut licentia præcepta assistentiam nec ullo modo sufficit præsupra ratihabitionem Pastoris: quia spectat ad substantiam & valorem contractus matrimonialis, qui statim ac fit, validus est vel nullus, nec semel invalidus potest per ratihabitionem Pastoris revalidari. Aliud esset, si tantum requireretur ad licitè contrahendum. Quod si denique Parochus contra prohibitionem Episcopi daret alicui alteri sacerdoti licentiam assistendi Matrimonio, adhuc ipsa licentia & Matrimonium valeret, ut censet Sanchez l. 3. d. 32. Et rectè confirmat ex quadam decisione Rotæ in casu non ab simili: nam per talem prohibitionem non adimitur Paroco potestas, sed tantum interdicitur usus quidam. Quamquam si iusta sit prohibitio, Parochus malè faceret. Immo si adderetur clausula irritans ipsam licentiam, esset ipsa,



ipsa, adeoque Matrimonium nullum. Sicut si post datam à Parocho licentiam, superior non revocaret: nam similiter potest irritare dandum.

Præter Parochi assistentiam ad valorem Matrimonii requirit Tridentinum, supra præsentiam duorum vel trium testium. Unde patet duos sufficere. Hi autem non debent esse omni exceptione majores, quasi contra eos non posset in judicio excipi, sed sufficit quod sint capaces rationis, ut sufficienter possint intelligere quid agatur, & illud testari; etsi sint mulieres, parentes aut sanguine juncti, infames, excommunicati &c. Patet ex consensu Doctorum & praxi Pastorum; ipsoque Tridentino, quod nullas qualitates speciales in testibus requisivit. Et merito: ne injiciatur sollicitudo inquirendi testes omni exceptione majores, ac relinquatur aditus impugnandi Matrimonium ex defectibus testium. Quare etsi Matrimonium sit res gravis, non tamen fuisset conveniens requirere tam præcisam testium qualitatem. Unde certum est sufficere assistentiam ipsius Parochi, etsi sit sanguine junctus, aut aliâ non omni exceptione majori. Et quamvis ejusmodi testes possint repelli à judice vel partibus, validè tamen admittuntur ex consensu partium: prout in Matrimonio ex consensu contrahentium admittuntur.

Porro non sufficit præsentia Parochi & testium merè materialis seu corporalis, sed hi debent ita adesse contrahentibus, ut intelligant quid agatur, ut est satis certum apud Doctores. Patet etiam: quia Tridentinum loquitur de præsentia morali & humana: nam illorum præsentiam requisivit ut possint testari de Matrimonio contracto, si forte conjuges vellent ad eas nuptias inire; non possunt autem de hoc testari, nisi intelligant quid agatur. Unde si Parochus vel aliquis testium dormiat, sit furiosus, ebrius, omnino animo distractus, non valet Matrimonium.

Nec refert, quòd in alijs Sacramentis sufficiat attentio & intentio virtualis: nam hoc quidem verum est, quando cum ea perfici potest actio substantialis Sacramenti: non tamen, si actio sit talis, quæ perfici non possit sine intentione actuali; uti ad valorem confessionis requiritur, quòd actu sacerdos attendat, & percipiat, quæ dicuntur. Est autem idem planè in præsentia: ubi requiritur præsentia præfata testium ad valorem hujus Sacramenti, esto non sint ministri. Ex quo manifestè sequitur, non valere Matrimonium, si Parochus præsens nil intellexerit eorum quæ agebantur, quantumvis ipse affectasset non intelligere. Et quamvis dicantur Cardinales respondisse pro Matrimonio, dum Parochus ignorantiam affectavit: id sanè explicari debet de Parocho simulante se non intelligere, vel

Herinc Sum. Theol. pars I.

adlaborante quidem ad subterfugiendum ac non attendendum, verè tamen audiente: vel, certè declarationi huic veluti destitutæ qualitatibus per Urbantum VIII. requisitis non est habenda fides. Quod tunc æquissimè fit, quando non videtur convenire cum Juris ratione.

Sufficit varò præsentia morali ad valorem, etsi Parochus & testes adhibeantur omnino inviti & repugnantes juxta Doctores communiter, & declarationem Cardinalium: quia sive spontè sive inviti adhibeantur, possunt æqualiter postea de contractu matrimoniali testari. Idemque sufficit verbis & intento Tridentini: quod non requirit, nisi simpliciter eorum ad testandum præsentiam; quæ habetur, etsi illis invitis. Huc facit L. Coram Titio 209. ff. de Verborum significat. ibi: Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur præseente eo fecisse, nisi intelligat. Itaque si furiosus, aut infans sit, aut dormiat, non videtur coram eo fecisse. Scire autem, non etiam velle, is debet: nam & invito eo rectè fit, quod jussum est. Intellege, quando in jure requiritur aliquorum præsentia, solum ut conscii sint de eo quod agitur, nec aliud exprimitur; ut fit in nostro casu. Secùs, quando requireretur præsentia, ut consensum suum præstent, vel si exprimat, ut intersint volentes & rogati, ut in testamentis, vel quando requiritur auctoritas & ministerium seu præsentia alicujus ad hoc, ut aliquid agendo munus suum impleat pro valore actûs: ut quando aliquid debet fieri cum decreto judicis aut subscriptione Cancellarii &c.

Denique valet Matrimonium juxta pleerosque Doctores contra Farinacium, Pontium, & Bonacinâ q. 2. pu. 8. n. 49. etsi Parochus casu transeat aut aliud agat, v. g. in cathedra concioni se accingat &c. modo contrahentes ex intentione coram illo & testibus consensum expriment, ipseque Parochus cum testibus verè percipiat quid agatur: quia etiam tunc Parochus cum testibus ex intentione contrahentium verè & formaliter adhibetur, potestque tam bene testari de contractu matrimoniali, quàm si adesset invitus seu coactus. Idemque planè foret, si ex intentione contrahendi coram Parocho contrahentes adissent domum ipsius cum testibus, & ex abrupto expressissent se coram eo & testibus præsentibus accipere invicem in maritum & uxorem respectivè. Immo Parochum formaliter adhibere non videtur esse aliud, quàm ex industria contractum velle inire coram eo tamquam publico & necessario teste. Secùs videri posset (& hoc ad summum volunt declarationes Cardinalium, quæ à Farinacio referuntur: si tamen authenticæ sint) si Parochus merè fortuito præsens fuerit, nec ad illius præsentiam contrahentes respiciant, sed vel de eo nil cogitaverint seu cogitent, vel certè ipsum in testem non adhibeant, sed v. g. contrahant

Bbb trahant

24. Non officis valoris, quod Parochus vel testes adhibeantur invitis.

25. Aut coram iis casu præsentibus nilg. vale prævidentibus ex intentione contrahentium inestur Matrimonium.

Quædam Cardinalium declarationes, quod sensu possint verificari.



trahant coram magistratu, parocho per accidens inter multitudinem plebis spectante aut casu transeunte: tunc enim contractus erit clandestinus & nullus, ut advertit *Vallensis in Paratit. in Tit. de Clandest. despons. num. 8.* Alioquin sanè durum est dicere, quòd valeat Matrimonium, dum parochus adhibetur invitus, & non valeret si sum ad est & adhibetur casu, dummodo constet ipsum æqualiter percipere quid agatur. Ut proinde non omnia sint probanda, quæ habet *Wamesius Tom. 2. Consil. Canon. consil. 531.*

26.  
Modi isti  
agendi sunt  
in concilio,  
regulariter  
loquendo.

Nihilominus ut licite & decenter peragatur, oportet Parochum advocari, ut spontè interfit, eaque peragat, quæ Ecclesia præscribit. Quamvis utentes simili arte circa Parochum possent exulari, si irrationabiliter renuat assistere, sitque necessitas contrahendi, nec pateat recursus ad superiorem; dummodo personæ non inferatur injuria, nec aliquid aliud deficit.

### QUESTIO III.

*Qualiter validari queat Matrimonium in facie Ecclesiæ invalidè contractum?*

27.  
Defectus in  
Matrimonio  
multipliciter  
conringit &  
sollitur.

**I**NVALIDITAS Matrimonii semel celebrati in facie Ecclesiæ potest contingere ex aliquo alio defectu, v. g. ex defectu solius interni consensûs, ex affinitate, similive impedimento. Potest autem defectus iste esse vel publicus vel occultus. Eoque durante certum est constare aut validari non posse Matrimonium. Unde oportet fictionem internam cessare, & accedere novum & ferium consensum, sive ex parte illius qui fictionem admisit, sive juxta Nonnullos etiam ex parte alterius, de quo *disp. 3. quest. 6.* Similiter oportet impedimentum esse sublatum, ac deinde accedere novum utrimque consensum.

28.  
Si publicus  
sit, iterum  
debet solemnitas à Tridentino requisita.

Sed difficultas est, an hæc instauratio Matrimonii debeat denuo fieri juxta formam Tridentini coram Parocho & testibus. Et quidem certum est, quòd sic, in casu quo defectus erat publicus, seu probabilis in foro externo, adeoque invaliditas prioris Matrimonii potest Ecclesiæ probari. Id namque exigit lex Tridentini & scopus ejusdem ventantis ac irritantis Matrimonia clandestina. Aliàs namque non posset Ecclesiæ constare de legitimo conjugio, sed possent conjuges invicem deferere convolando ad alias nuptias; quandoquidem probari posset invaliditas prioris Matrimonii, non autem ejusdem revalidatio sublato impedimento.

29.  
Immo juxta  
varios est  
sit omnino  
occultus.

Quare controversia restat inter Doctores de casu, quo defectus est perfectè occultus, sic ut non possit probari in foro externo. Nam *Basiliius Pontius, Gutierrez, Paulus Comitolus l. 1. Resp. Moral. q. 120.* & quidam

alii Recentiores omnino contendunt debere etiam tunc intervenire solemnitatem à Tridentino requisitam: eò quòd, tunc vel perficiatur contractus matrimonialis, qui aliàs foret clandestinus, adeoque irritus vi Tridentini universim irritantis contractus matrimoniales, in quibus defuit prædicta forma seu solemnitas. Adducitur etiam conformis Responsum Clementis VIII. qui (ut ex Litteris Stephani Tuccii Rectoris sacre Pœnitentiariæ refert *Comitol. supra*) rogatus de quodam casu, quò mulier fictè confeseratur, respondit, esse necessarium novum consensum utriusque coram Parocho & testibus, admonito prius marito de Matrimonii nullitate. Sed (ut in iisdem litteris additur) ad evitandum scandalum Sanctitas sua dispensat, ut secretò inter se contrahant renovato consensu. Estque hoc indubie securius. Ideoque ad majorem cautelam in dispensationibus, quæ obtinentur in sacra Pœnitentiaria, solet pariter adjungi facultas renovandi conjugium privatim absque Parocho & testibus, ut Varii referunt.

Nihilominus *Navarrus, Vega, Rodriguez, Cordova, Rebellus, Sanchez, Contak, Bonacina, Diana* & plerique alii censent simpliciter non esse necessarium, ut Matrimonium talis casu instauretur coram Parocho & testibus. Pro quorum sententia est declaratio quædam *Pri V.* quam fecit *Navarrus c. 22. Man. num. 70.* qui insuper testatur de praxi sacre Pœnitentiariæ. Conformis insuper declaratio Cardinalium refertur in *Remiss. Barbosa ad sess. 24. Trid. c. 1. de Refor. Mor.* Denique responsum quorundam Episcoporum & Patrum *Sancti Tridentini* ad *Henriquez l. 11. c. 3. n. 6.* estque satis recepta in praxi hæc opinio, ob securitatem, quæ plerumque subest in practicanda opposita. Ex quibus sumitur fundamentum sic interpretandi legem & mentem Tridentini, quòd nempe solum velit adhiberi semel solemnitates, ut constet Ecclesiæ de contractu, quantum constare potest & debet, nequando malitiosè dissolvi queat: quòd hæc etiam fit: cum enim impedimentum non possit Ecclesiæ probari, non est via dissolvendi Matrimonium, quòd præsumptione Ecclesiæ erat validum: adeoque quantumvis sublato impedimento occultè instauretur, sequi non poterunt incommoda Matrimonii clandestini, quibus Tridentinum obviare intendebat, cujus proinde fini per solemnitatem prius adhibitam satisfactum videtur. Huc etiam facit, quòd Tridentinum potissimum intendat invalidare, quòd prius erat prohibitum; non videatur autem fuisse inhibita occulta ratificatio Matrimonii in facie Ecclesiæ contracti, sed invalidi ob occultum impedimentum. De opposito responsò *Clementis VIII.* non constat authenticè juxta *Diana*; aut certè datum fuit velut à Doctore privato, non autem velut ex cathedra Pontificum oraculum deprement-



Qu. IV. De Proclamationibus Matrimonio pramittendis. 167

te juxta eundem Diana: ut proinde vi hujus responsi, de quo ex privato

A doctrina pramissa excipit Sanchez l. 2. d. 37. num. 10. quando aliquis testium sive Parochi dum assistit Matrimonio, scit esse in impedimentum: eo quod non videatur posse esse testis valoris Matrimonii, quod ratione occulti impedimenti scit esse nullum. Sed consecutus ad pramissa loquendo, melius id negat Continck & alii: eo quod testes illi non adhibeantur, ut testentur Matrimonium esse a parte rei valide contractum (quod ipsi scire non possunt) sed ut testentur esse rite contractum quoad externam apparentiam: cum autem unus tantum sciens impedimentum non faciat illud sufficienter probabile in foro externo, ad dissolutionem Matrimonii jam contracti (ut patet ex c. Super eo, & c. Anobis, de Testibus) erunt tales secundum pramissionem Ecclesiae veri conjuges, poteruntque cogi ad manendum in Matrimonio.

QUESTIO IV.

De Proclamationibus seu Denuntiationibus Matrimonio pramittendis.

Dico I. Illicite contrahitur Matrimonium, si pramissis denuntiationibus, non tamen iisdem. Prima pars constat ex c. fin. De test. de spons. & Trident. sess. 24. c. 1. de Refor. Matrim. ubi hoc strictè precipitur. Secunda pars est certa apud omnes, & declarata a Cardinalibus ac observata in praxi. Patetque ex eo, quod Concilium aut auctoritas nullibi addat particulam irritantem; sicut addit Tridentinum, dum prohibet sine parochio & testibus Matrimonium celebrari.

Dico II. Denuntiationes debent fieri in parochia contrahentium. Colligitur ex Tridentino supra requirente eas fieri in Ecclesia a proprio Parochio contrahentium. Quod si sponsus & sponsa sint ex diversis parochiis, debent fieri in parochia utriusque, ut habet usus, & declaravit Congregatio Cardinalium & præscribit Rituale Romanum Tit. de Sacram. Matr. ac postremo expressè precipit Synodus Mechliniensis Tit. de Sponsal. c. 3. Ratio est: Quia alioquin non possent impedimenta satis nosci seu detegi. Quod si recenter sponsi contraxissent ad aliquam parochiam, Doctores aliqui (inter quos Bassilius Pontius) censent denuntiationes debere fieri in parochia, in qua de facto habitant. Sed Sanchez, Bonacina, Diana & plures alii putant conformius intentioni & scopo Ecclesiae, eas fieri, ubi

Herincx Sum. Theol. Par. IV.

antea habitarent: eo quod ibi melius eorum impedimenta detegi possint. Et quidem indubie securissimum est, ut in utroque loco fiant denuntiationes. Difficile quoque est improbare, quod tali casu habuerit praxis locorum Ordinarii probata. In rigore tamen Juris videtur prior opinio verior: Præsertim moderamine, quod dicitur ratio, ut nimirum in parochia præcedenti fiat inquisitio, qualem circumstantiæ personarum exegerint, addito, si videatur, juramento contrahentium de carentia impedimenti.

Dico III. Denuntiationes debent pramitti tribus diebus continuis festivis. Ita Tridentinum supra. Putat autem Sanchez cum aliis, non esse mortale, si omittatur una denuntiatio, quando moraliter certum est nullum subesse impedimentum. Tamen Continck, Præpositus & plures alii volunt esse mortale: eo quod omisso unius etiam denuntiationis videatur res esse gravis. Et quidem stante lege & usu, ut fiant tres, possent contingere, ut aliquis vellet expectare tertiam ad denuntiandum impedimentum.

Circa festivitatem dierum notat Sanchez & alii passim (contradicente Pontio) posse denuntiationes fieri die non festivo, quando ingens populi multitudo ad Ecclesiam accedit: eo quod finis Tridentini solum esse videatur, ut Matrimonium contrahendum multis innotescat, sicque facilius impedimenta detegantur; quod tam bene obtinetur tali die, quam die festo. Unde idem Sanchez & plures alii ob eandem rationem existimant, proclamationes posse fieri extra Ecclesiam & Missarum solemniam; etsi Tridentinum dicat eas faciendas in Ecclesia inter Missarum solemniam.

Circa continuationem festivitatum nota, eas esse continuas, quæ nullo alio festo interpolantur; quando autem festivitates sunt ita continuas, ut nulla alia dies intermediet, præstaret juxta multos Doctores, ut aliquot dies inter proclamationes intermitterentur, sicque tempus opportunius detur impedimenta detegendi. Deinde si uno aut altero festo die intermittantur, non est mortale, ob parvitatem materiæ; immo in quibusdam provinciis videtur usitatum ut denuntiationes fiant diebus Dominicis aut festis discontinuis. Ita Præpositus q. 4. dub. 15. Præscribit autem Rituale Romanum Tit. de Sacram. Matr. ut si infra duos menses post factas denuntiationes Matrimonium non contrahatur, denuntiationes repetantur; nisi aliter Episcopo videatur.

Circa ipsas denuntiationes notanda sunt verba Tridentini supra dicentis: Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, Matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes, tunc vel una tantum denuntiatio fiat, vel saltem parochio & duobus vel tribus testibus presentibus Matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem denun-

34. Denuntiationes sunt faciendæ tribus diebus festivis & continuis.

35. An interdictum sufficiat dies non festivus.

36. Qualiter debeat esse continui.

37. Qualiter possit Ordinarius dispensare in bannis.





riationes in Ecclesia fiant, nisi Ordinarius ipse expeditur iuraverit, ut prædictæ denuntiationes committantur: quod illius prudentiæ & iudicio sancta Synodus relinquit. Ex quibus verbis colligitur Episcopos posse in denuntiationibus dispensare; idque non tantum in casu ibi expresso, quem velut principalem Tridentinum allegat, sed etiam in aliis: ut constat ex Doctoribus communiter, & quotidiana praxi, quæ etiam ante Tridentinum viguit, & quam idem Concilium in antiquis terminis iuxta tenorem Concilii Lateranensis c. fin. de Clandest. despons. cuius se dicit vestigiis inherere, reliquit. Ex iisdem verbis patet, Ordinatio dispensante, ut Matrimonium contrahatur non præmissis denuntiationibus, debere illas præmitti consummationi, nisi etiam in hoc Ordinarius dispense (prout in Belgio dispensare solet, teste Zypæo in *Analysi Jur. Pont. novi lib. 4. Tit. de Sponsal.*) adeo ut iuxta communiorum doctrinam conjuges peccent mortaliter, si citius consumment, saltem pro prima vice. Et hoc ordinavit Concilium, ut impedimentum, si quod forte subsistat, detegi possit, Matrimonio etsi contracto, necdum tamen consummato; sicque facilius sit separatio.

In Belgio solet una dispensari, ut non præmittantur consummationi.

38. Nomine Ordinarii hic etiam intelligitur Vicarius Generalis, quando locus Episcopalis,

Improbanda nimis facilis dispensatio.

39. Est per se loquendum, et est obligatio denuntiandi impedimenta.

Nomine porro Ordinarii intelligitur hic quoque Vicarius generalis Episcopi, qui proinde dispensare potest in bannis, etiam per delegatum. Immo in necessitate valde urgente posset Parochus uti epikia, dum non est aditus aut tempus adeundi superiorem, aut is non vult (cum obligaretur) dispensare; aut ipse non potest sine gravi damno abstinere ab assistentia, v. g. cogatur assistere &c. nam lex ista humana non obligat cum tanto detrimento. Quia tamen est res publica non debet Parochus id facile praticare, tum ob periculum abusum, tum quia difficultatem pateretur in foro Episcopali ad se justificandum; tum quia plures non sunt satis prudentes, ut per se ipsos iudicent de sufficientia fundamenti ad utendam epikia. Aliundè quoque valde utilis est lex ista bono communi: cuius dispensatio nimis facilis parit frequenter in republica Christiana non levia incommoda; ut ideo ipsi Hæretici vicini sint sine comparatione rigidiores Catholicis in observantia proclamationum. Quod merito ponderent Ordinarii; quorum alioquin iudicio & prudentiæ relinquitur arbitranda causæ sufficientia.

Dico IV. Est gravis obligatio detegendi & denuntiandi impedimenta. Est certum apud omnes: tum quia Ecclesia hoc expresse præcipit: tum quia jure naturali charitatis tenetur quis impedire peccatum contrahere volentium & quæcumque postea subsequenter, manendo in tali conjugio; aut saltem (si sint in bona fide) tam grave incommodum Matrimonii irriti, & periculum peccati ac scandali, si postea discant

suum impedimentum. Hoc autem verum est, quantumvis impedimentum sit occultum, vel sub secreto commissum: quia maior est habenda ratio Sacramenti & salutis proximi, quam hujus famæ aut secreti commissi. Si tamen contracturi Matrimonium præsentur privata monitione facta, ulterius non progressari, hæc semel atque iterum secundum leges charitatis est præmittenda. Si etiam conscius impedimenti nequeat illud denuntiare cum spe fructus, aut sine gravi suo vel suorum incommodo aut aliorum scandalo, cessat obligatio denuntiandi, uti & in simili corripiendi. Habet autem hæc obligatio locum etiam in impedimentis merè prohibentibus, v. g. voti, Religionis aut castitatis, promissionis sponsalitiæ alteri factæ: imminet enim, non quidem Matrimonii nullitas, sed peccatum hoc contrahere volentium aut etiam injuria tertii: quamvis non tanto rigore aut cautela in his procedendum sit, sicut in impedimentis dirimentibus.

Petes, quid faciendum sit contrahere volentibus, si labore impedimento occulto, super quo sit cum eis dispensatum secreto & pro foro conscientie, & rogentur a Parocho, an non habeant impedimentum? Resp. eos non debere impedimentum fateri. Secus esset, si deest et dispensatio præfata, vel certè impedimentum esset aliis quoque notum: tunc enim teneretur fateri, vel potius à contractu abstinere.

Delato porro ad Parochum aliquo impedimento etiam prohibente, debet ab ipso Matrimonium suscipi, donec res discutatur. Quæ quidem a iudicium Prælati deferenda est iuxta D. S. Intelligit, si res sit dubia, & graviori discussione indigeat. Si namque facile apparat, quod sit frivola, potest contrahi. E contra, si satis appareat esse solidam & veram, ideoque contrahere volentes desuper moniti supersedeant, non est cur molestandus sit Prælati. Qualis verò probatio impedimenti sufficiat, ut non permittatur Matrimonium contrahi, ex professo discutunt Canonistæ: ex quibus plura adfert Sanchez *loc. d. 71.* ubi ex communi sententia tradit sufficere testem unicum, etiam ipsammet qui desert, sermò deponente de veritate impedimenti. Quod quidem de Sponsalibus non juratis expresse habetur c. *Præterea 7. de Sponsal. & c. Super eo 22. de Testibus.* Quamvis de Sponsalibus juratis factis sentiant Paludanus, Glossa, Panormitanus & alii Juristæ, quibus favet c. *Præterea cit.* ubi tamen est sermo de teste allegante propriam turpitudinem. Unde de Sponsalibus juratis etiam censet Sanchez *supra* & plures alii sufficere unum testem fide dignum.

Est denique communis sententia Parochum debere assistentiam negare etiam publicè petentibus, etsi impedimentum sit occultum,



calum, & adferens in amiam, si fraternè moniti non desistant: tum quia Ecclesia statuit denegandum Matrimonium (quod utique selet publicè peti, & non debet nisi publicè contrahi) ob impedimentum, quod etiam unius solius testimonio constat: quod utique est occultum, regulariter saltem & publicè non quia hac in parte agit in foro, sermo adinstar iudicii, in quo habet pro sufficienti motiva etiam illud, quod si clandestinè constat: tum quia maxime congruit Matrimonium hinc negari, dum est impedimentum dirimens ob gravissima incommoda. Si autem est tantum prohibens, tunc potest sine alia infamia propalari; v.g. votum castitatis aut Religionis, aut certe cedit in damnum tertii, ut si volens contrahere sit alter desponsatus, cui proinde ex iustitia consulendum est.

Petes, quæ sit pœna statuta assistentibus Matrimonio non præmissis denuntiationibus? Resp. Parochum vel quemvis alium sacerdotem, qui præsumpserit huiusmodi Matrimonio assistere, incurrere suspensionem seu de sententiâ ab officio, sive ab actibus Ordinis & officii clericalis, per triennium, computandum scilicet, non a die delicti, sed à die latæ sententiæ. Patet ex c. Cum inhibito, de Clandest. despons. ubi hæc pœna statuitur contra Sacerdotes assistentes Matrimonio clandestino etiam ex defectu solatium denuntiationum. Quæ pœna non est sublata per Concilium Tridentinum, quod aliam novam pœnam non imposuit. Et tamen non solum Parochus assistens Matrimonio clandestino defectu testium, ut notè invalide contrahit, sed pœna c. Cum inhibito respiciat Matrimonia clandestina valida. Ipsum vero *inhibito, sess. 24. c. d. de reform.*

Matrim. Parochum vel alium sacerdotem, qui cum minore testium numero, et testes qui sine Parocho vel sacerdote huiusmodi contractui intersuerint, nec non ipsos contrahentes graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit. Et infra subdit: Quod si quis Parochus vel alius Sacerdos ..... alterius Parochie sponso sine illorum Parochi licentiâ Matrimonio coniungere ausu benedixere ausu fuerit, ipso iure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario eius Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvatur. Præterea ipsi contrahentes per c. Cum inhibito privantur favore concessio c. Ex tenore, qui filii sint legitimi, si contrahant non præviis denuntiationibus. Qui favor est iste, quod proles essent alioquin legitimæ, quæ nascuntur ex Matrimonio in gradibus prohibitis ignoranter contracto, adeoque invalido. Si tamen ipsi sic contrahentes Matrimonium faciant postea, impedimento necdum detecto, publicari seu denuntiarî, filii exinde geniti sunt habendi legitimi, etsi impedimentum postea detegatur, c. Quod nobis, qui filii sint legitimi; quasi nimirum fuisset Matrimonium à principio cum debita publicatione contractum. Addit *Trid. sup. c. 5.* ut si contrahentes neglexerint solemnitates requisitas in contrahendo Matrimonio, & ignoranter contraxerint intrâ gradus prohibitos, spe dispensationis careant, ac si intrâ illos scienter contraxissent: non enim (inquit Concilium) dignus est, qui Ecclesie benignitatem facile experietur, cuius salubria præcepta temerè contempsit. Unde petentes dispensationem deberent necessariò tale vitium in contractu Matrimonii commissum exprimere.

## DISPUTATIO SEXTA.

### De Impedimentis Matrimonii.

#### QUESTIO I.

##### De Impedimentis Matrimonii in communi.

**I**MPEDIMENTA Matrimonii generatim sunt illa, quæ obstant, ne Matrimonium ritè celebretur. Et quidem si obstat, ne Matrimonium celebretur validè, vocantur impedimenta dirimentia; si verò tantum, ne celebretur licitè, vocantur communiter impedimenta impedientia, aut relictius merè prohibentia. Huiusmodi sunt etiam in veteri Lege, ut patet *Levit. 18.* ubi vetatur Matrimonium filiorum Israël cum matre, noverca, sorore, nepte ex filio vel filia, sorore privigna, amita vel mater-

tera, item cum uxore patris vel avunculi, cum nuru, cum uxore fratris, nisi is mortuus sit sine liberis, cum nepte privigna, denique cum sorore uxoris, hæc superflite. Illa porro impedimenta etiam fuisse dirimentia est exploratum *Raphaeli Aversa. q. 9. sect. 1.*

Saltem ipsa in Lege nova non habent locum, nisi in quantum aliqua sunt juris naturalis, vel quæ etsi essent juris divini politivi, tamen sunt ab Ecclesia resumpta ob morales congruentias. Et *Trident. sess. 24. can. 3.* agens de gradibus in Levitico expressis, dicit anathema asserenti, non posse Ecclesiam in nonnullis, utpotè nunc juris Ecclesiastici, dispensare. Hoc verò modo intelligendum est, quod *Zacharias Papa c. Pitacium 30. q. 3.* allegat, per modum scilicet convenientiæ, Legem Levitici de abstinentiâ à propria cõ-

2.  
An vel qualiter hæc locum habeat in nova Lege.

*Herinc. Sum. Theol. Pars IV.*

Bbb 3 languis.



sanguinea, inde arguens quasi à fortiori, quòd multò magis à spiritali nostri patris filii

..... sub nimia districtione nos cavere convenit. *q.*  
Et Innocentius III. c. *Litterarum*, de Restit. spohat. procedens solùm arguendo & referendo sententias, allegat obiter Ecclesiam in gradibus jure divino prohibitis dispensare non posse, supple convenienter ideoque non consuevisse, quia scilicet non expedit, ordinariè loquendo, etsi (ut praxis Ecclesie docet) interdum dispenset, & ipsam in quibusdam gradibus à Deo olim prohibitis dispensare posse, definiat Tridentinum sup. & quantum ad secundum gradum supponit idem Tridentinum sup. c. 5. Ipseque Innocentius III. c. *Gaudemus*, de Divortis.

Similiter Gregorius Papa c. *Quadam* lex 35. q. 3. de Conjugio consobrinorum dicens, Experimento didicimus ex tali Conjugio sobolem non posse succrescere, & sacra Lex prohibet cognationis turpitudinem revelare; alludit quidem ad verba Levitici, tamen solùm adducit per modum convenientiæ & exempli ad statuum quid simile, vel etiam amplius. Aufert certè nomine sacræ Legis intelligit Ecclesiasticam: cùm alioquin constet Matrimonia consobrinorum fuisse apud Judæos licita, & potius consanguineorum in tertio gradu; & tamen infert Gregorius: Vnde necesse est, ut in quarta vel quinta generatione fidelium licenter sibi conjungantur.

3. Ecclesiam porro posse utriusque generis impedimenta præscribere, patet ex antiqua Ecclesie praxi, & de dirimentibus sub anathemate definit *Trid. sess. 24. can. 4.* Ratio est: quia Matrimonium non tantum est Sacramentum, sed etiam contractus; hic autem ita subest dispositioni reipublicæ, ut nisi conditiones ab illa præscriptæ serventur, sit illicitus vel etiam invalidus. Unde etiam posset reipublica, sive princeps secularis infidelis præscribere impedimenta Matrimonii respectu infidelium sibi subditorum: hi enim non sunt subiecti Ecclesie, neque eorum Matrimonia sunt Sacramentum. Quare id ipsum possent principes fideles circa subditos suos infideles, si qui sint tales.

4. Sed dubitatur, an princeps infidelis sic possit statuere impedimenta Matrimonii, ut adstringantur pariter fideles ei subiecti. Ratio dubitandi est, quòd etsi Matrimonium inter fideles sit Sacramentum, tamen præsuppositivè sit contractus civilis, & eatenus subdatur potestati politicæ, nisi Ecclesia reservet, reservationi autem locus esse non videatur circa infideles Ecclesie non subiectos. Quare sic censet Sanchez, Coninck & alii. Verùm non videtur posse negari, quin Ecclesia facere id possit saltem indirectè, sicut potest eximerè fideles à potestate principum infidelium in aliis obstantibus bono & fini supernaturali: cui in præsentis proposito id expedit, tum

ob Sacramenti dignitate, tum ob uniformitatem inter Christianos. De facto autem leges sunt generales, quibus Ecclesia indefinitè Christianos in causa matrimoniali eximit à legibus civilibus. Ideoque sic censet *Dicasillo d. 7. dub. 1. Diana & alii.* Restamen incerta est, & hoc tempore non nata ulsvenire.

Illud certum est, Ecclesiam sibi reservasse de facto hanc potestatem quoad principes Christianos, ut ipsa Ecclesia principum & posulorum praxis aperte docet. Et colligitur ex c. *Tuam*, de Ordine Cognat. Et c. *1. de Consang. & affinit.* Immo *Basilus Pontius*, *A. 7. versa* & alii censent id oriri ex jure divino, ipsaque institutione Sacramenti, seu elevatione ipsaque institutione Sacramenti, seu elevatione Matrimonii ad dignitatem Sacramenti. Sed nullatenus sufficienter id probant. Et alioquin Christus elevandò Matrimonium ad statum Sacramenti, reliquit ipsum contractum invariatum; & hac in parte potuisset specialiter invariari relinquare; non constat autem, quòd non reliquerit. Quare sicut materia & artificium calicis consecrati subjacet humani permutationibus non obstante consecratione: sic contractus matrimonialis subjacere posset dispositioni politicæ non obstante annexà ratione Sacramenti.

Id itaque firmum maneat, & sufficiens, quòd principes nil possunt hic citra voluntatem Ecclesie; & Canonibus esse stantem, si leges contradicerent. Nil quoque eos posse circa ipsum Matrimonium ultra statuta ab Ecclesia. Posse tamen poenis suis roborare leges Ecclesie, & de hujus assensu similia statuta facere. Insuper leges condere de quibusdam rebus, nempe temporalibus annexis Matrimonio, non concessentibus ipsius vim aut substantiam: ut præ de dote, de donationibus inter virum & mulierem, de sponsalium legitate, & similibus: ut omnes fatentur.

Impedimenta porro pro tota Ecclesia statuere potest Pontifex. Episcopis quoque non est respectu ad suas dioceses hæc potestas adempta, sive ex natura rei, sive ex jure divino, sive etiam ex jure scripto, quod extet saltem in Corpore juris; sed consuetudine universali & longævâ. Alioquin reperiantur de facto varia impedimenta statuta in Conciliis particularibus, quæ Ecclesia universalis tandem acceptavit. De facto quoque posset Episcopus, aut etiam inferiores curam animarum habentes in casu speciali ob scandalum v. g. vel difficultatem motam de impedimento, interdicerè aliquibus, ne simul contrahant: non tamen irritando Matrimonium secus attentatum.

Possunt insuper induci impedimenta per consuetudinem, uti alie leges, etiam irritantes; & supponitur c. *1. De Cognat. Spirit.* Et *Interdictum* c. *Super eo*, eod. tit. Et rursum c. *Quod de* *Indicatio*, de Consanguinitate. An similiter possent

Potesi indu-  
bit Ecclesia  
statuere im-  
pedimenta,  
tam dirim-  
tia, quam  
alia.

Similiter  
princeps  
quoad infi-  
deles sibi  
subditos.

An circa  
hos ita id  
possit prin-  
ceps infide-  
lis, ut ad-  
stringantur  
pariter fide-  
les subiecti,  
incertum.



consuetudine abrogari, dubitari posset. Affirmat Sanchez, Pontius, Coninck & quidam alii: tum quia ipse Pontifex potest ea abrogare per legem expressam, & de facto interdum nonnulla abrogavit: tum quia consuetudo potest ea introducere, adeoque & abrogare: per quas enim causas res nascitur, etiam tollitur. Recepta nihilominus Doctorum sententia id negat ex c. Quod super his, de Consanguinit. ubi deciditur non valere Matrimonium contractum in gradibus prohibitis, non obstante consuetudine, quæ ducenda est potius in materia: cum enim tota vis consuetudinis præcisè sit à voluntate Papæ, non plus, quam is velit, valere potest: non censetur autem voluisse, ut valeat, quando ipse eam reprobat, & corruptelam aut simili modo vocat. Nisi dein eam sciens verbo aut facto approbet: tunc enim de novo vult, ut valeat. Opinio nihilominus Sanchez potest probabiliter sustineri ob generalem dispositionem cap. fin. de Consuetud. ubi sermo est de consuetudine rationabili, qualis in ordine ad abrogationem alicujus impedimenti esse ita posset, ut rationabiliter illud ipse Legislator abrogaret per speciale edictum, & consequenter idem rationabiliter fieret vi consuetudinis per generalem Juris dispositionem. Unde ipse Innocentius III. impedimentum consanguinitatis sine corruptela Ecclesiasticæ disciplinæ reduxit ad quartum gradum. Consuetudo autem, quam c. Quod super his, de Consuetud. corruptelam vocat, de ea quæ necdum erat in vulgò & diu recepta, sed obscura & aliquorum tantum, posset intelligi: prout factum videtur in principio Epistolæ de consuetud. quod habetur adjunctum in exemplaribus Plantin. Ut proinde fuerit abusus & corruptela legem vigentem de non contrahendo intra gradus prohibitos: cuius abusus obviare intendit cavendo, ne huiusmodi abusus toleretur. Cum quo consistit, ut longævitate & continuitate, communique audente diuque tolerato consensu, fiat consuetudo ipsa rationalis & præscripta cui consensum Principis personalem, immo legalem congruat esse conformem.

Potes, an possit Pontifex statuere in casu & persona privata impedimentum, quod minus cum Divina scripta persona Matrimonium valide contrahat? Resp. Aff. dum adest iusta causa, v. g. speciale delictum talium personarum, grave scandalum vel damnum ex tali Matrimonio oriturum. Sicut enim Ecclesia iuste illis interdicit, ne Matrimonium inter se contrahant, cur similiter non possit eosdem ad illud inhabilitare? Unde etiam referuntur aliqui casus, in quibus Papa id fecerit. Immo posset esse casus, quo alicui iuste penitus inhiberetur quodvis Matrimonium, etiam cum inhabilitate. Sicut enim ob delictum imponitur

pena capitis, perpetuæ servitutis, exilii, aut carceris, & variæ poenæ inhabilitatis ad alios actus: cur non possit imponi poena inhabilitatis ad Matrimonium? Et ita refert Alexander de Nevo in c. Tuas, de Sponsa duorum id factum fuisse ab Urbano V. adversus Bernaborem Vicecomitem dominum Mediolanensem, ejuisque filios Ecclesiæ rebelles.

Ad statuenda porro impedimenta legitima Matrimonii requiritur rationalis causa. Unde graviter peccaret Pontifex sine iusta causa statuens impedimenta, uti alias leges graves, & specialiter in hac materia restringendo libertatem Matrimonii. Immo iuxta Doctores, communiter contra paucos, invalidè ea statueret sine causa convenienti, uti & alias leges, & specialiter in hac materia. Non est tamen subditis integrum judicare de sufficientia causæ, sed regulariter pro ea est præsumendum. Et aliqua fuisse sine iusta causa in Ecclesia statuta, non nisi temerè cogitaretur: cum sit res tanta & tam publica. Quamquam non omnes causæ sint æquè urgentes: & quædam potius habeantur quam necessitent: & ob novas causas, subinde etiam ex abusibus emergentes, aut alias subinde convenienter aliqua impedimenta postmodum Ecclesia restrinxerit. Immo etiam dum condebantur aliqua, poterant esse rationes pro & contra sufficientes ad statuenda, & ad non statuenda seu tollenda: sicut plerumque in rebus moralibus seu politicis sunt rationes pro & contra.

QUESTIO II.

De Impedimentis impediens seu merè prohibentibus.

IMPEDIMENTA merè prohibentia olim erant duodecim, & exprimentur his Versibus:

- Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum,
- Atque Catechismus, sponsalia, iungito votum.
- Incestus, raprus sponsatæ, mors mulieris,
- Suscipus propriae sobolis, mors presbyteralis,
- Vel si pariterat solemniter, aut monalem
- Accipias: prohibent hæc conjugium sociarium.

Ex his quinque priora oriuntur sine crimine sive culpâ, septem autem posteriora ex crimine personæ per modum poenæ.

Primum est Ecclesiæ vetitum seu Interdictum, quando scilicet Prælati, aut alius iuste alicui prohibet nuptias ad tempus, v. g. si dubitetur de impedimento, an hoc subsit, ut interim de illo inquiretur. Quæ prohibitio cum sit de re gravi, obligat sub mortali.





Et spectat  
excommu-  
nicatio.

Huc etiam spectat excommunicatio, quæ excommunicatus arcetur ab usu omnium Sacramentorum. Deinde Nonnulli huc referunt tempus interdicti Ecclesiastici (quod est unum ex censuris) quo voluit esse illicitum inire Matrimonium, ut Suarez, Præpositus & alii. Sed Doctores communius hoc negant, modò omittatur benedictio, quæ tunc semper est illicita. Vide quæ diximus Parte 2. Tract. 3. d. 6. de Censuris q. 4. num. 22. & Sanchez l. 7. d. 8.

Non tempus  
interdicti.

13.  
Tempus fe-  
riarum quod-  
nam sit.

Secundum est Tempus feriatum. De quo ita Rituale Romanum Tit. de Sacram. Matr. l. 1. §. 1. s. 1. meminerint Parochi, à Dominica prima Adventus usque ad diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum usque ad Octavam Pasche inclusive, solemnitates nuptiarum prohibitas esse; ut nuptias benedicere, sponsam traducere, nuptialia celebrare convivia. Matrimonium autem omnino tempore contrahi potest. De solis etiam solemnibus nuptiis sive nuptiarum solemnitatibus loquitur Pastorale Mechliniense Tit. de Ritu ac forma celebrandi sponsalia, & Tridentinum sess. 24. c. 10. ubi quoque veterem rigorem nonnihil remittit. Plura enim olim tempora erant, quibus nuptiarum solemnitas interdicerentur. c. Capellanus, de feriis. c. Non oportet 1. & 2. c. Non licet. c. Nec uxorem 33. quest. 4.

14.  
Quæ præxi-  
mè Provincia  
Mechlinien-  
sis.

Solet nihilominus in Provincia Mechliniensi recurri ad Ordinarium, qui ex legitima causa ad Matrimonium tempore clauso contrahendum admittat, cavendo adhuc à solemnitatibus conviviorum nuptialium, choreis, sponfarum publicis traductionibus & similibus: ut ordinat Synodus Mechliniensis II. (quam, Sedes Apostolica approbavit) Tit. 10. c. 8. idque ideo, quòd (ut notat Zypaus in Anal. jur. Pont. novi l. 4. Tit. de Matr. Contracto contra Interd. Eccles.) in his ditionibus semper benedicantur nuptiæ eodem tempore quo contrahuntur (quod tamen non est necessarium) & benedictiones nuptiarum tanquam solemnitas earum prædicto tempore à Tridentino supra inhibeantur. Immo Sanchez l. 7. d. 7. num. 18. & alii docent isto tempore solam benedictionem inhiberi sub mortali; fundatque se Sanchez in consuetudine. Quæ tamen non apparet recepta ubique locorum, saltem in his ditionibus. Addit Zypaus supra contra hanc temporum inhibitionem, veluti factam à superiore, non posse Episcopum jure ordinario dispensare, tamen consuetudinem hic passim secus obtinere. Immo hæc dispensationem aperte supponit Synodus Mechliniensis supra esse penes Episcopum. Sanchez tamen l. 7. d. 7. num. 6. & alii putant illam non competere Episcopis per se, sed tantum in casu urgente, ubi non esset recursus ad Pontificem.

15.  
Impedimen-  
tum Cate-  
chismi quid.

Tertium est, quod oritur ex Catechismo, seu quadam instructione, quæ solet Baptismo præmitti: dum enim quis tenet

aliquem in Catechismo nomine illius respondendo sacerdoti interroganti, an credat &c. talis contrahit simile impedimentum, sed impediens tantum, quale dirimens contrahit is, qui suscipit anquem ex sacro fonte, ut habetur c. Per Catechismum, de Cognat. §. 1. in 6. & alibi. Tamen Ovarius, Sa, Pontius, Petrus & Bartholomeus Ledesma, Sanchez supra d. 10. n. 12. & plures alii probaverunt decessent hoc impedimentum nunc esse sublatum per Trid. sess. 24. c. 2. de Resol. Matr. ubi post designatas personas, inter quas deinceps contraheretur cognatio spiritualis, concludit: Omnibus inter alias personas hujus spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis. Quamvis autem ibi principaliter sit sermo de impedimento dirimente, non vocat tamen, sed suadet favor ampliandus, quòd verba sumantur in tota sua generalitate, aut certe dicta de impedimento dirimente censeantur eminenter seu virtualiter dicta, etiam de prohibente tantum. Quemadmodum oppositum sentientes non gravat concedere Tridentinum, ubi saltem à fortiori hoc impedimentum Catechismi (quod olim ad plures personas extendebatur, sicut cognatio dirimens ex Baptismo) fuisse restrictum ad eandem personam, ad quas cognatio spiritualis dirimens, quantumvis contendat ut sola Tridentinum loqui. Accedit, quòd ita referatur declarasse S. Congregatio, ut testatur Pontius l. 6. c. 11. Unde etiam hoc impedimentum amplius à nemine curari, nec de super inquisitio fieri videtur.

Quartum sunt Sponsalia, quamdiu enim hæc non solvantur, obligant ex natura rei sub mortali, ne matrimonium cum alia contrahatur; ut potest.

Quintum est Votum simplex (idem est de juramento) religionis vel castitatis perpetuæ, vel susceptionis Ordinis sacri, vel laicali non ineundi Matrimonium: qui enim tale votum emisit, Matrimonium contrahere prohibetur: nam contrahendo vel violando votum, vel poneret se in statu cum observantia voti impossibili.

Est tamen inter hæc vota notanda quedam differentia; nam qui contrahit matrimonium emissæ voto non contrahendi, peccat quidem in ipsa contractione, postmodum tamen potest petere & reddere debitum: eò quòd votum illud se tantum extenderet ad abstinendum ab actione contractiva Matrimonii. Similiter qui vovit suscipere Ordinem sacrum, peccat contrahendo, quatenus facit se inidoneum ad susceptionem Ordinis sacri: cum tamen ultra non videatur se obligasse, potest petere & reddere debitum, donec Matrimonio dissoluto, vel aliàs fiat ei integrum suscipere Ordinem. Qui verò vovit castitatem, non tantum peccat contrahendo, sed in super obligatur numquam petere debitum (nisi



cum ipso in hoc dispensetur ab habente potestatem) ut sic votum seruet, quantum sibi possibile: quia tamen per votum non potuit iuri alterius praedjudicare, tenetur petenti debitum reddere etiam prima vice, quando & sicuti teneretur non ligatus voto. Vide *l. 2. de Iustitia* 7. 41. *l. 6. Qui denique* vovit ingredi Religionem, manet conjugatus usque ad consummationem, nec potest sub mortali consummare, siue petendo debitum, siue reddendo; eo quod per consummationem faciat impletionem voti sui impossibilem. Posita tamen consummatione, cum impletio voti fit ei facta impossibilis, potest ulterius debitum reddere & petere, donec conjugate moriente aut adulterante vel consentiente in ingressum Religionis, ipse votum suum debite executioni mandet.

Præterea sunt varia crimina, ob quæ in poenam interdicebatur criminoso per Cationes antiquos quodvis Matrimonium. Quæ crimina, saltem ut plurimum, erant talia, ut efferrent in injuriam seu praedjudicium Matrimonii, quibus proportione videbatur hujusmodi poena. Primum erat incestus scienter commissus cum affine, aut cum illa, cum qua intercedebat publica honestas, quamdiu complex vivebat, aut etiam, si plures incestus cum propria consanguinea. Quod postremum tamen negat *D. Thomas, Sanchez, Bonacina* & plures alii, eo quod hic incestus sit potius injuriosus naturæ, quam Matrimonio; Controversia actam est inter Doctores, ad quod gradus hoc impedimentum extendebatur.

Secundum raptus sponsæ alienæ ipsâ vel sponsæ invito: dignus enim erat arceri à quovis Matrimonio, qui alienum perturbabat. Per Sponsam intelligit *Sanchez, Coninck, & Pontius* uxorem seu jam nuptam. At conformius textui c. *Statutum* 27. q. 2. intelligitur etiam sponsa de futuro; in qua similiter concurret ratio præacta. Immo in textu citato est specialiter sermo de sponsa de futuro.

Tertium, occisio injusta propriæ uxoris: merito enim à quovis conjugio arcebatur, qui sic in proprium deliquerat. Idem est iuxta plures, si mulier occidat virum ex paritate juris, & exemplo impedimenti dirimentis, ac unitate rationum, quæ assignantur in jure, ac denique correlatione inter virum & uxorem. Multi tamen contradicunt cum *Loesio l. 4. Tit. 16. num. 7.* eo quod cap. *Interfectores*, c. *Quicumque*, c. *Amomente* 33. q. 2. tantum loquantur de viro occidente uxorem, hæc ratio, quod prioriores sint & audaciores viri ad cædem uxorum, quam è diverso uxores ad cædem maritorum. Ut illi sint magis reprimendi, & cessante rationis paritate, textus ex argumento correlativorum non sint exten-

dendi in odiosis & poenalibus, Verumtamen priori sententiæ plurimum favet cap. *De Divortio* & cap. *Si quis vivente* 31. *quasi*. 1.

Quartum, susceptio propriæ proles defunctæ facta ex industria ad se eximendum à debito conjugali. Quintum, occisio injusta presbyteri. Sextum, publica seu solemnis poenitentia, saltem eâ durante. Abstinere enim à Matrimonio erat pars quædam publicæ poenitentiae. Septimum, contractus Matrimonii cum Mortali scienter contractus.

Verum hæc impedimenta ex crimine non obligare, ubi tolerantibus Prælatibus contraria consuetudo invaluit, docent *Varius*, seu ubi de consuetudine abrogante constat, ut loquuntur alii. Immo simpliciter & absolute asserunt *Navarrus, Sanchez, Pontius, Coninck, Diana* & alii passim esse abrogata per consuetudinem de consensu seu conniventia Ecclesiæ. Constat enim de usu, quo rei similibus criminum nec abstinere à Matrimonio, nec dispensationem petunt ipsi vel alii pro ipsis: neque de illis sunt solliciti prælati aut curam animarum gerentes. Jus Canonicum quoque reprobandum consuetudinem contrariam legi impedimento- rum, loquitur de solis dirimentibus. Adde etiam olim fortè non aliter obligasse, quam crimine existente publico & notorio, præsertim incestus, vel in judicio probabili, aut insuper per sententiam iudicis declarato, præsertim presbytericidio, prout Nonnulli diversimodè docuerunt. Denique dum ea impedimenta vigerent, creditur adhuc fuisse penes Episcopum dispensandi potestatem.

Merito porrò his impedimentis annumerari posset impedimentum hæresis, quo impeditur Catholicus contrahere cum hæretica; etsi Matrimonium non dirimatur. De quo tamen postea, cum de disparitate cultus, communem secuti methodum, agamus.

QUÆSTIO III.

De Impedimentis dirimentibus in Communi.

IMPEDIMENTA dirimentia, quæ scilicet impediunt, quo minus Matrimonium sit validum, uti Ecclesia constituere potuit, sic in iis constituendis ipsam non errasse definit *Trid. sess. 24. can. 4.*

Primò itaque horum efficacia locum habet indubie etiam in ignorantibus: qui si cum impedimento dirimente ignorato Matrimonium contrahant, invalide contrahunt, etsi ob bonam fidem excusentur interim à culpa. Nam nullitas Matrimonii incurritur ab eis tamquam effectus in-

21. Quatuor reliqua recensentur.

22. Ad impedi- menta ex crimine ad- huc sint in vigore.

Prædictis merito annumeratur hæresis.

23. In statuer- dis impedi- mentis dirim- entibus Ecclesia non erravit. Locum ha- bent etiam in ignoran- tibus.



inhabilitatis, quæ contrahitur etiam non cognita.

24.  
An validè  
contrahant  
erroneè exi-  
stimantes  
impedimen-  
tum.

E contra si verè quidem impedimentum non subsit, tamen erroneè contrahentibus adesse putetur, adhuc validum fore Matrimonium censent varii: at negant alii. Et quidem si omnino certò sibi persuadeant subesse impedimentum dirimens, & illius probè nomine non apparet, qualiter practicè possit in talibus adesse seria contrahendi intentio; quæ non versatur circa id quod certò putatur impossibile. Quia tamen fieri potest, ut falsò putantes se esse v. g. consanguineos, aliquantulum suspicentur contingere posse, ut non sit gradus tam propinquus qui dirimat; vel ut putantes v. g. priorem conjugem vivere, cogitent posse fieri, ut obierit; vel sanè vim impedimenti dirimentis non penetrent: hinc possent tales habere intentionem sufficientem, contrahendi scilicet si & quantum possunt, seu faciendi quidquid possunt.

25.  
An vel qua-  
liter locum  
habeant et-  
iam in peri-  
culo vitæ.

Secundò locum habet impedimentorum dirimentium efficacia etiam cum periculo vitæ, quantum ad hoc, ut ne tunc quidem valeat contractus Matrimonii v. g. post votum solemne vel Ordinem sacrum, aut inter consanguineos &c. Per hoc enim non redditur ablata potestas contrahendi. Estque hæc communis Doctorum sententia; quam sensus & usus Ecclesiæ confirmat.

Si quis tamen gravi metu compellatur cum impedimento dirimente jure Ecclesiastico contrahere, excusatur à mortali, si non intendat consummare (quod ne quidem metu mortis liceat) nec sic de hoc periculum, neque etiam intendat conficere Sacramentum. Ita Sanchez l. 7. d. 5. n. 4. Coninck & alii: quia lex irritans non videtur tam rigidè prohibere talem contractum, ut non liceat in tali periculo citra mortale inire illum fictè, vel etiam seriò eodem modo quo potest.

26.  
An contra-  
hentes cum  
impedimen-  
to dirimente  
graviter  
peccent, &  
qualiter.

Aliàs contrahentes cum impedimento dirimente graviter peccant, juxta omnes Doctores: quia in re magni momenti contraveniunt præcepto juris naturalis, vel divini, aut saltem Ecclesiastici. Et si enim possit dari lex irritans, non prohibens: tamen in præsentibus ob indecentiam facti, ipsum irritatur, adeoque prohibetur. Et consuetudo optima legum interpret sic mentem Ecclesiæ clarè interpretatur. Unde & vocatur in Jure gradus prohibiti, in quibus scilicet prohibetur Matrimonium, etsi simul irritetur. Deinde in plerisque etiam prohibetur specialiter ipsa copula seu usus: ergo similiter ipse contractus. Immo si intendat Matrimonium sic contractum consummare, aut exponant se periculo consummandi, ultra peccatum inobedientiæ, committunt aliud contra castitatem; & quidem speciale, si copula seu consummatio sit specialiter mala vel prohibita sic im-

pediis, v. g. consanguineis; & si intendat conficere Sacramentum, peccant insuper contra religionem. Ubi etiam considerandum est, non unicum tantum peccatum, puta volitionis semel v. g. consummandi, sed potiùs multiplex, saltem virtualiter, contra castitatem, quatenus volunt expresse vel tacite in statu quasi continuo peccati perseverare, sicut qui proponeret vivere in concubinato.

Petens, An copula fornicariæ eorum, inter quos est impedimentum dirimens, habeat specialem malitiam? Resp. Aff. quoad pleraque impedimenta. Nam ex voto solemni & ligamine oritur in copula ex natura rei circumstantia sacrilegii vel adulterii. Similiter ex Ordine sacro oritur in copula circumstantia sacrilegii, sive ex voto, sive ex Ecclesiæ præcepto. Idem est in impedimento affinitatis, cognationis etiam spiritualis aut legalis, publicæ honestatis: nam ista impedimenta sunt inducta ob specialem indecentiam ipsius copulæ inter tales impeditos, quæ sit eandem incestuosa. Similiter copula habita inter impotentes videtur esse distinctæ malitiæ, quæ reducit ad peccatum contra naturam: etsi de hoc quidam dubitent. Plurimi idem tenent de disparitate cultûs, ut si v. g. Christianus fornicetur cum infidelibus. Nam etiam in tali copula videatur indecentia, ob quam Ecclesia inter tales Matrimonium irritavit. Vide Coninck disp. 30. n. 21. ubi addit talem copulam esse contra virtutem Religionis. Quando tamen inhabilitas ad Matrimonium non est inducta ob peculiarem inordinacionem quæ est in copula, sed ob aliam causam, v. g. in poenam criminis, vel ob ignorantiam aut metum, est simplex fornicatio; ut cum est impedimentum criminis vel raptûs, vel metûs, vel erroris personæ: nisi quòd possit adesse circumstantia specialis injustitiæ, si quis vi vel metu aut dolo alteram inducat ab copulam.

Tertiò maxime est, contrahentes cum impedimento, eo cognito debere se parari ab usu Matrimonii: immo ob mortale periculum carnalis commercii, etiam quo ad habitationem, per se loquendo, seu quantum fieri potest. Et quidem interdum non erit magnum incommodum detegere parti impedimentum, v. g. vitam prioris conjugis, quæ putabatur mortua.

Sed gravis est difficultas in casu, quo unus solus impedimentum post contractum Matrimonium detegit, aut alius antea contractus contraxit, nec potest absque summa infamia illud manifestare coparti, aut non absque alio magno periculo separari vel debitum negare; aut quando ob defectum probationis compellitur ab Ecclesiæ Prælati reddere debitum. Quo casu certum est conscium impedimenti non posse reddere debitum, donec interim impe-



terur dispensatio; ne quidem sum impedimentum est iuris Ecclesiastici, & iudicatur cogit ad reddendum debitum. Ita enim expresse declarat Innocentius III. c. Inquisitioni 44. de Iem. Excomm. ubi in casu, quo alter conjugum pro certo scit impedimentum conjugii, propter quod sine mortali peccato non valeat carnale commercium exercere, quamvis illud apud Ecclesiam probare non possit; respondet, eum debere potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale. Idem habetur c. Literas de Resit. spoliat.

Ratio est: quia fornicatio nunquam licet. Neque tunc est debitum, sed crimen; quod nequidem opus iacturam vitae est admittendum. Putat quidem pars nescia se habere jus petendi, sed ipsam verè illud non habere, constat parti impedimenti conscia. Non fit etiam inter impedimenta in Jure distinctio. Quare etsi sit Ecclesiasticum, non censetur Ecclesia per talem Prælatum dispensare; sed hinc proceditur per allegata & probata, supponendo, non faciendo Matrimonium valere. Unde si postea impedimentum detegeretur, Ecclesia eos separaret, & liberos declararet. Censura autem tunc non ligat innocentem in foro conscientiae, & coram Deo non tenet; sed solum in externis deberet se talis gerere pro excommunicato ad vitandum scandalum & majora alia incommoda. Qualiter porro in aliquo sit tali casu procedendum, attentis circumstantiis prudens iudicabit. Promptius autem erit, quando impedimentum est iuris Ecclesiastici ac dispensabile, procurare dispensationem, vitata interim alio prætèxtu copula, ac post dispensationem renovare Matrimonium. Alias interdum expedit fuga, ingressus in Religionem, procuratio divortii alio titulo; si adsit, &c.

Quartò ad revalidandum Matrimonium ratione impedimenti invalidè contractum, certum est non sufficere solum ablationem impedimenti, sed adhibendum esse novum consensum: adeò ut in hoc etiam nequeat Papa dispensare. Prior enim consensus, utpote inter personas tunc inhabiles, nullius erat valoris, nec poterat unquam virtute illius pernici Matrimonium, adeoque post habilitationem debet poni consensus perficiens Matrimonium. Est etiam satis certum, & apud Doctores communiter exploratum, non sufficere novum consensum unius tantum conjugis, qui impedimentum est conscius, sed requiri utriusque iam habilis effecti: antea enim erat consensus utriusque omnino nullus, utpote qui erat inter inhabiles, & utrimque acceptatio a traditio personarum inhabilium. Quare non est, cur unius potius, quam alterius consensus foret renovandus. Certum insuper est, non

sufficere solum internum consensum, sed debere exterius exprimi, seu requiri novam expressionem consensûs: nam totus antecedens contractus erat nullus, etiam quoad sum externum.

Sed controversia est, an uterque debet fieri conscius nullitatis Matrimonii sive impedimenti præcedentis, an verò sufficiat impedimento sublato conjuges denuò consentire seque tractare ut conjuges? Postremum sufficere, asserit Casetanus, Sotus, Corduba, Bartholomæus & Petrus Ledesma, Henriquez, Rodriguez & alii: eò quòd sublato impedimento sint personæ ad contrahendum habiles, adeoque si de facto verè consensum adhibeant, is erit legitimus; & consequenter ipse contractus matrimonialis in huiusmodi consensu expresso perficitur. Idque plures ex iis Doctoribus asserunt, etsi conjux ignarus impedimenti sit ita dispositus, ut agnitâ veritate nullatenus consentiret. Varii quoque huic sententiæ contradicentes eam saltem admittunt esse probabilem in praxi in casu urgentis necessitatis, dum scilicet ex detecta Matrimonii nullitate gravissima sequerentur inconvenientia.

Verùm recepta hodie apud Doctores opinio (pro qua refertur Scotus dist. 35. q. 1. n. Contrarium 5. Richardus, Adrianus, Navarrus, Sanchez, Pontius, Coninek & plurimi alii) requirit utriusque conjugis aliquo modo notificari nullitatem Matrimonii: eò quòd alioquin inficius nullitatis per suum novum consensum tantum intendat confirmare contractum prius factum, eumque præstare vi existimationis, quâ credit illum valuisse & valere: qui proinde si non valuerit, tali confirmatione non revalidatur: cum tantum approbetur quod factum erat, & prout factum fuisse apprehenditur: quod manifestè apparet non sufficere. Immo cum tali consensu potest stare actualis intentio nequaquam tunc contrahendi, si prius Matrimonium foret nullum: adeoque procedit ex præsumptione falsa de valore matrimonii & jure per illud acquisito, non autem ex intentione denuò contrahendi sive efficiendi Matrimonium: quæ utique est necessaria, nec locum habet in eo, qui sic credit Matrimonium esse dudum factum, ut de ejus nullitate nequidem suspensionem habeat. Quòd si tamen hanc, vel dubium aliquod haberet, posset omnino velle denuò contrahere casu quo contractus fuerit nullus.

Et hanc quidem posteriorem opinionem omnino veram existimo, cum ea tamen limitatione, quòd absolute posset restaurari contractus etiam ab omnino conscio nullitatis, si sub conditione consensum sic exprimat, quòd etiam si non valeret Matrimonium antea factum, velit nunc de novo facere. Neque video ullam de hoc dubitandi rationem. Oportet tamen, ut hic

31. Iuxta non-nullos scientia nullitatis non requiritur.

32. Contrarium est hodie apud Doctores receptum.

33. Quod auctor amplius cum quodam limitatione seu declaratione.



novus consensus sit de præfatis, adeoque non solum quis dicat, Si non esset Matrimonium, vellem de novo contrahere; sed ut dicat, se tunc contrahere seu accipere alterum in conjugem. Hoc autem sufficit, etiamsi quis foret ita dispositus, ut si sciret nullitatem, haberet voluntatem non contrahendi. Itaque in huiusmodi casu perplexo conscius nullitatis studeat obtinere consensum conditionatum, rogans compartem, ut postquam quasi in signum amoris ei dixit, etsi necdum essem conjugatus seu Matrimonium nullum esset, vellem te habere in conjugem & ex nunc volo seu accipio; compars in signum amoris reciproci illud ipsum respondeat. Aliàs nullatenus potest conscius nullitatis admittere copulam, quantumvis compars inscia eam urgeat: copula namque non est sufficiens signum novi affectus maritalis seu novi consensus. Et hoc modo posset conciliari utraque opinio præallegata.

An autem Matrimonium ratione impedimenti invalidi post Tridentinum restitui queat sine præsentia parochi & testium, quando impedimentum est occultum dictum est d. 5. quæst. 3.

34.  
Impedimenta dirimentia carmine expressè recensentur.

Impedimenta porò dirimentia sunt jure antiquo duodecim his versibus comprehensa:

*Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen, Cuius disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas,*

*Si sis affinis, Si forte coire nequibus.*

*Hæc socianda vetant conjugia, facta retrahant.*

Quibus Tridentinum addidit raptum; qui tamen potest comprehendi nomine criminis generaliter accepto. Aliqui etiam addunt absentiam parochi & testium, quæ ex Tridentino irritat Matrimonium. Ob quæ adungi possent hi versus:

*Si Parochi & duplicis desit præsentia testis, Raptave sit mulier, nec parti reddita turæ.*

De his impedimentis in particulari varia restant dicenda: præterquam de Vi seu impedimento metus, item de impedimento ligaminis seu vinculi matrimonialis, de defectu parochi & testium: de quibus in superioribus disputationibus sufficienter actum est: ac denique excepto impedimento Ordinis sacri, de quo actum Tract. præc. disp. ult.

#### QUÆSTIO IV.

##### De Impedimento Erroris & Conditionis servilis.

35.  
Error personæ irritat jure natura Matrimonium.

**D**ICO I. Error personæ (quo videlicet contrahens putat aliam esse personam cum qua contrahit, quàm reverà est, quique est substantialis) irritat Matrimo-

nium jure naturæ. Ita communiter Doctores. Ratio est, quòd personæ sint substantiale seu primarium objectum hujus contractus; circa quod si sit error, deficit consensus substantialis, adeoque ipse contractus, jure naturæ. Eadem nullitas statuitur seu declaratur jure positivo, c. *Tua nos, de Sponsal.* Nec juvat, quòd error sit venialis; quia non agitur de incurrendâ culpa, sed de validando Matrimonio; ad quod per se requiritur explicitus & formalis consensus, quem tollit error etiam aliquin vincibilis. Quod verum est, etsi quis sit ita dispositus habitualiter, ut etsi sciret esse aliam personam, equidem contraheret: qui dicitur error concomitans & à Juristis error non dans causam contractus. Etsi enim error iste non reddat actum contrarium voluntati, tamen reddit non voluntarium, seu non procedentem ex voluntate circa tale objectum: cum tamen consensus conjugalis debeat esse positivè voluntarius cum tali persona. Dispositio autem habitualis hæc & nunc non influit in actum.

Nec obstat Conclusioni exemplum Jacob & Liæ: quia Jacob non contraxit cum Liæ valide; nisi postquam detecto errore personæ, ratificavit, compassus Liæ jam defloratæ, per ignorantiam ex parte Jacob invincibilem, qui Liæ de se substitutam putavit bonâ fide esse Rachelem, deceptus per hoc, quòd sponsæ pudoris gratiâ velatæ solerent introduci ad suos maritos. Si militer non obstat exemplum benedicti & Isaac, quæ vel fuit directa ad filium præsentem quicumque offerret vel fuit detecto errore confirmata à parte ex divinâ revelatione in mirabili illo sermone acceptâ. Denique non obstat exemplum aliorum contractuum: nam & hos quidem irritat error substantialis, sed in eis, uti & in aliis Sacramentis, error personæ potest esse five est accidentalis; secus quàm in Matrimonio, in quo ob specialem rationem illius, consensus censetur determinatè ferri in hanc singularem personam, & corpus tradi pro tali singulari corpore.

DICO II. Error qualitatis personæ, qui & accidentalis vocatur (qualis est v. g. si quæ putabatur divitis, nobilis, pulchra &c. sit pauper, plebeia, turpis &c.) per se non irritat Matrimonium. Ita communiter Doctores, & colligitur ex c. *Cum in Apostolica*, cura rei per de *Sponsal.* Ratio est, quòd qualitates non sunt objectum contractus, sed consensus, sed solum ratio motiva; ac proinde licet sit error circa illas, subsistit consensus substantialis, adeoque est validus.

Dixi per se: quia posset jure positivo error alicujus qualitatis irritare, ut Concl. Secus est si presens intendere non contrahere, nisi talis qualitas insit: tunc enim defectu conditionis deficeret consensus sic conditionatè



præstitus, adeoque ipse contractus. Veni- que quando error qualitatis redundat in personam, etiam irritat Matrimonium, v. g. si aliqua per procuratorem contrahat Matrimonium cum primogenito Regis Hispaniarum, erit irritum, si substituatur secundogenitus: quia cum tunc contrahat cum absente, quem non novit nisi sub ratione primogeniti, fertur intellectus, & consequenter consensus solummodo in primogenitum, quicumque ille sit, & in nullum alium. Tunc autem error qualitatis redundat in personam, quando qualitas determinat intellectum contrahentis, ut concipiat certam & omnino determinatam personam, seu quando penes illam format sibi conceptum cuiusdam singularis personæ, atque ideo determinat voluntatem, ut in eam præse consentiat. Quando verò quis independenter ab ea qualitate concipit seu apprehendit certam personam, & postea decipitur, putans tali personam se apprehensam inesse certam qualitatem, quæ non inest, tunc est purus error qualitatis. Ut contingit, quando juvenis sollicitus filiam, fingit se divitem, nobilem, filium Comitum, regis &c. Vide Sanchez lib. 7. d. 18. num. 26. & 27. Coniug. d. 31. dub. 10.

DICO III. Conditio servilis dirimit Matrimonium, quando liber contrahit ignorantiter cum serva, vel libera cum servo. Patet ex c. fin. De conjugio servorum. Et factis colligitur ex c. Proposuit eodem tit. Matrimonia tamen servorum inter se non irritantur, ut patet ex c. e. eodem tit. Similiter si liber conditionem servilem alterius antea noverat, Matrimonium subsistit, ut patet ex c. fin. & c. e. eodem tit. Immo videtur subsistere, si quis dubitans de conditione servili contractis, eam quilibet accipiat in uxorem. Idemque a fortiori est, si quis habeat opinionem de hac conditione. Eiusmodi enim censetur habere notitiam hæc in re. Ita Pontius, Bonacius & alii. Secus est, si solum adsit levis suspitio, non excludens determinatum iudicium de libertate personæ.

Obstat porro valori Matrimonii hic error, est sit tantum concomitans, aut etiam vincibilis vel casualis (et hoc negat Scotus) sicut similis error personæ obstat valori Matrimonii. Et quamquam in ordine ad culpam, non tamen in ordine ad validitatem Matrimonii (quæ omnis requirit scientiam huius conditionis) ignorantia vincibilis æquiparatur scientiæ. Si quis ducat servam libertati donatam seu libertam, v. d. et si ignoret fuisse servam, quia de facto verè est libera. Ita Doctores communiter. Immo si serva ab ipso domino tradatur, vel eo sciente & tacente jungatur in scio servitutis, eo ipso fit libera, & Matrimonium valet, juxta Sanchez lib. 7. d. 20. Pontium lib. 7. cap. 44. & habetur ex Auth. De Nuptiis Herincx Sum. Theol. Pars IV.

5. Si verò Decretum. E contra si servus putans se contrahere cum libera, contrahat cum serva, do- cent communitate Doctores Matrimonium valere: nam Canones agunt de Matrimonio, quod init liber cum serva, quam ignorat esse servam. Ratio etiam disparitatis militans, non militat quando uterque est servus, qui sunt pares, sicut duo liberi.

Similiter Canones & ratio id urgent solum, quando liber contrahit cum serva putans esse liberam, non autem quando putat esse servam, & verè est libera: per hoc enim non deterioratur conditio huius, sed par alteri fit.

Plura hic moveri possent circa conjugia servorum. Quæ quia apud nos rara sunt, videantur apud alios, signanter Sanchez lib. 7. d. 19. & seq.

Existimant autem Doctores passim, conditionem servilem ignoratam dirimere Matrimonium, non quidem jure naturæ, sed tantum Ecclesiastico; ut error ceterarum qualitatum jure naturæ illud non dirimit juxta Doctores communiter. Quamvis oppositum non sit improbable, quod docet Magister dist. 30. in princip. & plures alii, quibus favet Scotus dist. cit. quæst. 1. num. 2. & dist. 42. num. 11. eò quòd in toto jure non reperitur textus irritans, sed irritatio potius supponatur. Deinde persona libera non videtur corpus suum liberum tradere pro corpore alterius, nisi similiter libero in ordine ad usum matrimonialem, nisi expressius aliud intendat, uti facit, quando conditionem servilem novit.

QUESTIO V. De Impedimento Voti & Disparitatis Cultus.

DICO I. Votum solemnè castitatis emissum in professione Religionis approbatæ dirimit Matrimonium contrahendum. Est de fide ex Trid. sess. 24. can. 9. & patet ex c. unic. de Voto in 6. & aliis Juribus. Deinde post Constitutionem Gregorii XIII. quæ incipit, Ascendente Domino, etiam votum simplex castitatis, quo aliquis in Societate Jesu fit Religiosus dirimit Matrimonium contrahendum. Reliqua vota simplicia non dirimunt, ut patet ex c. unic. cit.

DICO II. Votum solemnè dirimit Matrimonium jure Ecclesiastico. Ita Scotus dist. 38. & d. 42. num. 11. & alii communiter, contra varios, quorum aliqui volunt quòd dirimat jure naturæ, pauci alii, quòd jure divino. Probatur Conclusio; quia de jure Ecclesiastico constat; jus autem naturæ vel divinum ex nullo capite sufficienter probatur.

Aut servus contrahat cum serva, falso putans esse liberam.

41. An error circa conditionem servilem irritet Matrimonium jure naturæ.

42. Votum solemnè dirimit Matrimonium contrahendum. Idem est, de voto simplici emisso in Societate Jesu.

43. Votum solemnè dirimit jure solum Ecclesiastico.





Confirmatur I. quia votum solemnne non dirimit jure naturæ aut divino, in quantum est votum: cum votum simplex non minus obliget apud Deum, quam solemnne, ut tradit *Celestinus III. c. Rursus*, *quoniam Clerici vel voventes*; & tamen votum simplex non dirimit: solemnitas quoque voti est introducta ab Ecclesia, juxta *Gregorium IX. c. in*, & Bullam *Gregorii XIII. cit.* Non irritat etiam in quantum est traditio facta Religioni, & hæc per solemnem professionem acquirit dominium aliquod in Religiosos: nam etiam per vota simplicia Societatis fit hæc traditio, quæ tamen solo jure Ecclesiastico irritant Matrimonium, nec ante Constitutionem Gregorianam irritabant. Deinde dominium illud non repugnat dominio, quod acquiritur per contractum Matrimonii, ut patet, dum conjuges post Matrimonium etiam consummatum profitentur ex mutuo consensu: & à fortiori dum servus cum serva, vel etiam cum libera servilem conditionem non ignorante contrahit matrimonium, domino retinente suum dominium. Confirmatur II. quia vinculum matrimoniale stat cum professione religiosa, quæ emittitur postea; quidni ergo quantum est ex jure naturæ stet professio cum postea ineundo matrimonio?

**DICO III.** Disparitas cultûs dirimit Matrimonium, quando fidelis contrahit cum infideli, seu baptizatus cum non baptizata. Est certum apud Catholicos. Et quamvis nulla determinata lex irritans, sive divina, sive humana, inveniatur, satis tamen hoc declarat consuetudo Ecclesiastica. Unde si baptizatus contrahat cum catechumena, matrimonium est nullum; immo licet baptizatus sit hæreticus vel apostata, invalidè contrahit cum non baptizata.

**DICO IV.** Disparitas cultûs dirimit Matrimonium jure Ecclesiastico. Ita *Scotus dist. 39. num. 5.* & alii communiter. Probat: quia non potest dici irritum jure naturæ: cum nulla disparitas cultûs repugnet substantiæ Matrimonii; & in antiquo Testamento fideles, etiam amici Dei singulares, reperiantur contraxisse cum infidelibus; ut Joseph cum Asseneth, Ester cum Assuero. Nec potest dici irritum jure divino positivo: cum illius ne vestigium quidem appareat (quidquid contendat noster *Decretum d. 49. numer. 85.*) immo in initio Ecclesiæ ob paucitatem fidelium necessarium fuerit contrahere cum infidelibus: & *Paulus V.* aliquando concessit facultatem dispensandi in hoc impedimento; ut constat apud *Præpositum q. 7. dub. 17. cons. 4.*

Quamvis autem inter alios, quantumvis cultu dispares, modò sint baptizati, validè contrahatur Matrimonium, ut apud omnes constat: tamen Catholicus illicitè contrahit cum Hæretica aut aliis à fide

alienis, nisi gravis aliqua circumstantia excuset: partim propter periculum perversionis, vel malæ educationis prælium, vel continuationum discordiarum: partim propter Concilium Chalcedonense *can. 13.* & alias Ecclesiæ constitutiones, quibus similia con nubia prohibentur. Unde bene *Abrosius lib. 1. De Abrahami c. 9. Cave Christiane*, *omni* *Judæo filiam tuam tradere: cape Gentilem, aut Indæam, atque alienigenam, hoc est, hæreticam, & omnes alienam à tua fide uxorem accersas tibi.* Alii Canones sive auctoritates vide apud *Basilium Pontium lib. 7. de Matrim. c. 46.* Quæ etiam specialem Appendicem de Matrimonio Catholici cum Hæretica Operi suo de Matrimonio subtextuit.

Non videtur tamen hoc ita intrinsecè malum, quin periculis illis hîc & nunc cessantibus (quod satis ratum est) occurrere gravi necessitate, possit cohonestari: accedente præsertim Pontificis dispensatione, aut contrariè consuetudine, qualis (teste *Sanchez l. 7. d. 72. num. 5.*) invaluit, ubi Catholici Hæreticis permixti vivunt. De quo etiam ex professo agit *Basilus Pontius in Appendice circa c. 3. & sequentibus.*

## QUESTIO VI.

### De Impedimento Cognationis.

**C**UM cognatio sit triplex: carnalis, sive consanguinitas, spiritalis & legalis; de singulis quæritur. Quoad cognationem carnalem

**Nota I.** eam oriri ex participatione eisdem sanguinis sive naturæ. Unde eam describit *Scotus dist. 40. num. 5.* *Periculum propagationum ab eadem persona carnali propagatione descendit.* Adde, vel potius subintellige, *Vel quarum una descendit ab altera.* Hinc Adam & Heva non fuerunt consanguinei: cum unus ab altero, vel ambo ad eadem tertiam persona per carnalem propagationem non descenderint.

**Nota II.** triplicem distingui lineam consanguinitatis (quæ juxta *Scotum supra* est ordo personarum consanguinitate junctarum) juxta triplicem personarum sanguine junctarum later se habitudinem: scilicet ascendentium quæ est habitudo principiatum ad principia; in qua sunt filius, pater, avus, proavus, abavus &c. descendentium, quæ est habitudo principii ad principia; in qua sunt pater, filius, nepos, pronepos, abnepos &c. & lineam transversalem sive collateralium, quæ est habitudo descendentium ad eodem stipite, sic ut non à se invicem descendant; qualem habent duo fratres, duo patruges &c.

**Nota III.** in linea recta tot gradibus unum ab alio distare, quot generationibus inferior descendit à superiore, v. g. pater & filius distant uno gradu, avus & nepos

44. Disparitas cultûs dirimit Matrimonium inter Baptizatum & non baptizatum.

45. Idem jure Ecclesiastico.

46. At inter baptizatos, quantumvis cultu dispares, Matrimo-



nepos duobus, proavus & pronepos tribus: tot enim generationibus descendit inferiori à superiore. Veri (quod in idem redit) tot gradibus distant à se invicem, quæ sunt personæ, unâ minus. In linea transversa sive collateralis tot gradibus distant à se invicem, quot distant à communi stirpe, v.g. duo fratres inter se distant uno gradu, prout distant à communi stirpe: filii fratrum duobus gradibus &c. Patruus & nepos dicuntur conjungi in primo gradu & secundo: quia unus distat à communi stirpe uno gradu, & alter duobus. Quantum tamen attinet ad effectum juris quoad impedimentum Matrimonii, semper in hoc attenditur gradus remotior, qui ad se trahit propinquitatem, sic ut præfati dicantur conjungi in secundo gradu, quia unus distat à stirpe duobus gradibus. Patet ex c. Quod dilectio & c. Vir, de Consanguin. & Affinit.

Dico I. In linea recta quilibet gradus dirimit Matrimonium jure naturæ; ita ut si Adam homo viveret, uxorem ducere non posset. Ita Scotus supra num. 4. & plurimi apud Sanchez lib. 7. d. 51. num. 12. De primo gradu constat apud omnes: sed de ulterioribus controversatur. Plures volunt non excedere primum gradum: alii non secundum, alii solum protendi ad quartum, alii ad septimum, alii ad vigesimum. Probat Conclufio ex L. Nuptia, & L. Jure gentium ff. De ritu Nuptiarum, ubi deciditur inter ascendentes & descendentes in infinitum jure gentium (quo nomine Jurisconsulti appellat jus naturæ) incestuosas nuptias contrahi, easque consistere non posse. Ratio est: quia non solum indecens est tales contrahere, sed semper mater indecens tales simul miseri, ob reverentiam jure naturæ specialiter debitam principio originis etiam mediato, v.g. avo, proavo &c. cui reverentiæ status & actus conjugalis quasi substantialiter repugnat. Confirmatur: quia omnes ascendentes dicuntur & sunt veri parentes respectu descendenti, eisque debetur eadem reverentia, quæ immediatis parentibus; inter quos tamen & proles ob hoc ipsum juxta omnes est jure naturæ irritum Matrimonium.

Nec obstant jura, quæ insinuant non dirimi Matrimonium ultra quartum aut aliud determinatum gradum: quia loquuntur de consanguinitate in linea transversa. Unde numquam legitur oppositum in praxim fuisse deductum, aut à Pontifice in eo fuisse dispensatum.

Non obstat etiam, quod participatio sanguinis propter nimiam distantiam inter ascendentes & descendentes tandem videatur tolli: quia hic potius spectatur ratio principii, ob quam debetur filialis reverentia (cujus obligatio semper manet) quam physica participatio sanguinis.

Herincx Sum. Theol. pars IV.

Dico II. Consanguinitas in linea transversa dirimit Matrimonium usque ad quartum gradum inclusive. Patet ex Concilio Lateranensi cap. 50. & refertur c. Non debet, de Consanguin. & affinit. ubi etiam restringitur jus antiquum, quod irritabat usque ad septimum gradum. Congruè autem id Ecclesia statuit, tum ad majorem commoditatem humani commercii inter fideles, ut per fœdera conjugiorum inter diversas familias magis dilatetur amicitia: tum ad majorem cautelam servandæ continentie inter sanguine junctos, qui frequenter sibi invicem cohabitant, & sunt valde familiares; tum ob alias causas. Quia verò memoria hujus affectus & propinquitatis facilius conservatur usque ad quartum gradum, & alioquin periculum foret, ne Matrimonia frequenter essent invalida, si impedimentum longius extenderetur; convenienter fuit restrictum usque ad quartum gradum; præsertim quia ob sufficientem multiplicationem fidelium amplius extendi non oportebat.

Satis quoque constat, impedimentum hoc esse jure merè Ecclesiastico à secundo gradu inclusive: cum infideles conversi, qui antea in tali gradu contraxerant, non sint separandi, ut determinat Innocentius III. c. Gaudemus, de Divortii; essent autem separandi, si impedimentum foret jure naturæ.

Solum est controversia de primo gradu lineæ transversæ, videlicet de fratre & sorore. Valde probabile est dirimere jure naturæ, juxta Sanchez, Præpositum & alios passim. Et colligitur ex Augustino lib. 15. de Civitate cap. 16. & lib. 22. contra Faustum cap. 35. Atque ex eo, quod (teste Augustino loco prius cit.) Gentes, quæ fraterna conjugia permiserunt, fuerint graviter reprehensæ, ceteris melius institutis illa abhorrentibus. Deinde Abraham Genes. 12. visus est sibi sufficienter ostendisse Gentibus, Saram non esse suam uxorem, dicendo esse sororem. Quod rursum legit Gen. 20. Ratio efficax difficulter redditur: non est tamen contemnenda ea ratio moralis, quod juxta instinctum luminis naturalis frater & soror maximam sibi debeant reverentiam, cui familiaritas conjuncta turpitudini actus carnalis, nimium repugnat: & quod alioquin naturæ non satis providisset periculis incontinentiæ, si frater & soror non prohiberentur lege speciali invicem commisceri.

Quod si tamen ista indecentia contractum Matrimonii se solâ non potuerit reddere invalidum, credendum omnino videtur, Deum juxta naturæ exigentiam suo præcepto & ordinatione illum invalidasse ab initio conditæ creaturæ: nisi quod ob necessitatem (quæ indecentiam expurgabat) permiserit filios Adæ ducere sorores, cum aliæ mulieres non essent.

Ccc 2 Nec

52.  
Consanguinitas in linea transversa dirimit Matrimonium usque ad quartum gradum.

Et quidem hoc esse jure merè Ecclesiastico à secundo gradu inclusive.

53.  
At inter fratrem & sororem valde probabiliter etiam jure naturæ.



54.  
Quo sensu  
Abraham  
uxorem ap-  
pellat foro-  
rem.

Nec obstat, quod Abraham in uxorem duxerit Saram, sororem suam germanam, sed non uterinam, juxta id quod ait *Gen. 29.* Verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meae. Nam Sara vocatur ibidem & *Gen. 12.* soror Abraham, id est, propinqua sanguine, scilicet filia Aran fratris Abraham: quo sensu & Loth *Gen. 13.* frater dicitur, cum tamen esset filius Aran fratris Abraham. Dicitur autem filia patris Abraham, scilicet Thare, sed mediata, sive mediante filio Aran, & non filia matris Abraham, eò quod Aran & Abraham non essent uterini, sed ex diversa matre. Unde *Gen. 11.* Sara (quæ & Jescha ibidem vocatur, adeoque binominis fuit) dicitur nurus Thare, & uxor Abraham filii Thare. Ita explicat *Augustinus* & alii Patres ac Expositores passim. Quæ expositio confirmatur: quia si licuissent tempore Abraham Matrimonia inter fratrem & sororem, inutiliter Abraham fuisset usus hujusmodi prætextu, & Abimelech *Gen. 20.* non rectè collegisset, non esse uxorem, quia soror erat, vel inde se justificasset apud Deum. Ex quibus pariter patet, qualiter nihilominus Abraham non sit mentitus, tacendo uxorem, & dicendo sororem, ne se occiso ipsa ab extraneis captiva possideretur, sicque tuendo vitam propriam, & castitatem uxoris, quam simul tueri se non posse credebat, divinæ custodiæ committendo. Vide *Augustinum l. 22. contra Faustum c. 26. & 33. & l. 16. de Civit. c. 19.*

Contrarium  
opinionis  
nostræ tenen-  
tes subdunt  
hoc impedi-  
mentum dis-  
pensationi  
Papa.

Sciendum tamen, opinionem nostram non esse certam: cum ei contradicat *Cajetanus*, *Pontius* & plures alii. Qui consequenter admittere debent, ex causa seu necessitate gravissima posse Pontificem in hoc dispensare, quàmvis id non sit solitum aut conveniens. Singulare tamen est, quod ex *Archidiacono* refert *Silvester V. Papa q. 17.* scilicet *Martinum V.* dispensasse cum eo, qui cum sua germana contraxerat & consummaverat.

55.  
Cognatio  
spiritualis  
quid sit, &  
inter quos  
contrahatur.

Cognatio spiritualis est necessitudo quarundam personarum oriens ex Sacramento Baptismi vel Confirmationis; ut habetur *c. fin. de Cognat. spirit. in 6.* Hæc cognatio (quæ olim latius extendebatur) est restricta à *Tridentino sess. 24. c. 2. de Reform. Matr.* ut solum dirimat Matrimonium inter baptizantem vel confirmantem & paternos ab una parte, & baptizatum, vel confirmatum ejusque patrem & matrem ab altera. Speciales circa hanc cognationem difficultates vide *disp. 7. De Necess. Effectu & Cerem. Bapt. q. 4.* & apud *Præpositum hic q. 7. dub. 6.*

56.  
Cognatio  
legalis ori-  
tur ex ad-  
optione.  
Adoptio  
aliam est per-  
fecta, qua

Cognatio legalis est propinquitas quarundam personarum oriens ex adoptione. Est autem adoptio, personæ extraneæ in filium aut filiam &c. legitima assumptio. Una est perfecta, quæ adoptatus transit in patriam potestatem adoptantis, fitque heres necessarius ab intestato. Et hæc fieri

debet de expresso & mutuo consensu utriusque partis, ac eisdem principis auctoritate (nisi forte, quando avus adoptat proprium nepotem vel neptem) soletque vocari arrogatio. Altera adoptio est imperfecta, quæ homo etiam alieni juris potest locog. g. filii assumi, non transeundo in potestatem adoptantis. Et hæc fit etiam auctoritate inferioris judicis sive magistratus, de consensu solius adoptantis, nec per eam fit adoptatus heres necessarius, sed tantum ab intestato.

Et quidem Doctores satis communiter consentiunt oriri impedimentum dirimenti Matrimonium etiam ex adoptione imperfecta, saltem inter adoptantem & adoptatum ejusque descendentes usque ad quartum vel aliquem alium gradum, de quo ipsi variant. Nihilominus valde probabiliter id negat *Vasquez d. 63. num. 9.* & varii Recentiores: eò quod jura possint, adeoque debeant intelligi de adoptione perfecta: in qua etiam sola specialiter locum habet ratio & convenientia, ob quam hoc impedimentum fuit inductum.

Itaque perfecta adoptio sive arrogatio dirimit Matrimonium in linea recta inter adoptantem & adoptatum, & legitimos descendentes adoptati; idque juxta aliquos in infinitum: juxta alios usque ad secundum gradum, juxta plures alios usque ad quartum; juxta *Sanches* autem & alios solum dirimit quoad illos descendentes, qui tempore adoptionis sunt sub potestate adoptati, adeoque aliquando sub sunt potestati adoptantis. Secundò inter adoptantem & uxorem adoptati; item inter uxorem adoptantis & adoptatum. Tertio in linea transversa inter adoptatum & filios legitimos adoptantis, quamdiu utriusque sunt sub potestate adoptantis: & cessat vel cessante adoptione, vel dum alterutri emancipantur. Reliqua, quæ de hac cognatione quæri possunt, quia rara sunt & incerta, vide apud *Sanches d. 63. & alios.*

## QUESTIO VII.

### De Impedimento Affinitatis.

AFFINITAS est propinquitas personarum orta ex copula carnali inter cognoscentem & consanguineos personæ carnaliter cognitæ. Nam cum ii fiant una caro, consequenter consanguinei unius, propter unitatem naturæ vel sanguinis, transeunt ad hines alterius, in tali linea, recta vel laterali, & eo propinquitatis gradu, quo erant alteri consanguinei. Unde *c. Fratemitatis da. 35. q. 10.* dicitur: *Si unus caro sunt, quomodo potest aliquis eorum propinquus pertinere uni, nisi pertineat alteri.* Stipes proinde in affinitate dicitur duplex illa persona, quæ per copulam fit una capo: cum utraque sit radix & origo



& origo hujus affinitatis: adeo ut vir & uxor non tam sunt inter se affines, quam affinitatis principium.

Hinc patet I. non oriri affinitatem inter consanguineos utriusque. Unde duo fratres, vel pater & filius, possunt omni tempore ducere duas sorores, aut matrem & filiam. Sublatum quoque est per Innocentium III. in Concilio Lateranensi, & refertur c. Non debet, de Consang. & affin. duplex aliud genus affinitatis jure antiquo statutum, quod secundum & tertium dicebatur. Quorum illud ex primo affinitatis genere (quod hodie solum viget) istud ex secundo genere nascebatur: sic ut amplius non oriatur affinitas ex affinitate. Olim autem maritus viduae habebat affinitatem secundi generis cum consanguineis prioris mariti usque ad quartum gradum. Si vero vidua defuncta duxisset maritus ejusdem secundam uxorem, haec rursus contrahebat affinitatem tertii generis cum iisdem consanguineis primi mariti usque ad secundum gradum; ut declarat Glossa c. Non debet.

Patet II. requiri copulam, quae per se sufficiat ad generationem, nisi sterilitas aut quid simile obstat: quia per se solum sunt una caro. Unde non sufficiunt tactus quicumque, nec etiam penetratio vasis abique effusione seminis intra illud, similiter nec congressus sodomiticus vel spadonum, utpote insufficientis ad generationem. An autem ad copulam inductivam affinitatis requiratur seminatio etiam ex parte feminae, est controversum, & pendet a difficultate Physica, an semen mulieris sit ad generationem necessarium. Quod quidem Varii, etiam recentiores Theologi asserunt, qui consuetudine censent Matrimonium non aliter quam si etiam femina seminet consummari. Potior tamen pars Doctorum contradicit. Sed & aliter sentitur, seminationem feminae in copula adfuisse, non solum praesumptum in foro externo, verum etiam in rei veritate ita censendum esse, nisi evidenter aliud constaret.

Patet III. Affinitatem contrahi etiam ex copula occulta aut involuntarie habita, in somno, ebrietate: quia ad hunc effectum non consideratur culpa, sed quod fiant una caro sufficienter ad generationem. Unde de copula habita cum femina invita, expressè id decidit Pontifex c. Discretionem, De eo qui cognovit consanguineam.

Patet IV. Affinitatem contrahi etiam ex copula illicita, nam etiam qui adheret meretrici, unum corpus efficiunt, inquit Apostolus 1. ad Cor. 6. Patet ex Canonibus, & novissime ex Tridentino sess. 24. c. 4.

Patet V. Matrimonium ratum non inducere proprie affinitatem (quamvis Nonnulli sic loquantur) sed impedimentum publicae honestatis, ut etiam refertur expressè declarasse Congregatio Cardinalium, & supponit Herinx Sum. Theol. Pars IV.

nit Pius V. Bulla Ad Romanum spectat edita ad Concilium Tridentinum, quae refertur in Decretal. Tit. de Matrim. & Sponsal. c. 2. Unde excommunicati, lata adversus contrahendum in affinis, non comprehendit hunc casum: cum per Matrimonium ratum verè non fiant una caro. His praemissis

Dico I. Affinitas orta ex copula licita, sive matrimoniali, dirimit Matrimonium contrahendum usque ad quartum gradum inclusivè. Patet ex Concilio Lateranensi, & refertur c. Non debet, de Consanguin. & affin. In quo etiam antiqui Canones restringuntur, quibus impedimentum hoc extendebatur usque ad septimum gradum, ac insuper cetera affinitatis genera tolluntur, relicto unico, quod initio dubii explicavimus.

Dico II. Affinitas orta ex copula illicita dirimit Matrimonium usque ad secundum gradum inclusivè. Patet ex Tridentino sess. 24. c. 4. de Reformat. Matrim. ubi etiam restringit antiqua jura, juxta quae haec affinitas olim tam late se extendebat, quam quae oriebatur ex copula licita. Unde in tertio & ulterioribus gradibus amplius non dirimit, immo ne impedit Matrimonium, ut declaravit Pius V. Bulla cit. Idque probabiliter etiam in illis locis, ubi alia Decreta Concilii non sunt recepta; ut docet Malderus 1. 2. q. 90. disp. 2. Zypaus 1. 4. Consul. Canon. de Cognat. spirit. Consult. 1. & alii. Quomodo (ait Zypaus supra) refertur & Pium V. declarasse Tridentinum quoad favorabilia à Catholicis Angliae observari posse. Quos sanè sub Haereticis gementes à communi beneficio Concilii excludi non congruebat, ob impeditam malorum pervicaciam decretorum Tridentini publicationem: eò magis, quod ex derogatoria extremam illam solemnitatem non exigat: quodque plurimae sint provinciae, in quibus non omnia Tridentini decreta sunt recepta; nec tamen ullus rectè negaverit, quoad reliqua recipi potuisse & observari, ut arguit Zypaus supra.

Dico III. Affinitas, sive in linea transversa, sive etiam in recta, non dirimit jure naturae Matrimonium in quocumque gradu. Prima pars constat: quia Jacob Patriarcha accepit duas sorores in uxores Gen. 29. Judas dedit eidem mulieri successivè duos filios in Matrimonium Gen. 38. nec tamen hoc reprehenditur à Scriptura: neque etiam apparet necessitas, aut vestigium aliquod divinae dispensationis. In no Deuter. 25. praecipitur, ut si frater obierit absque liberis, alius frater accipiat ejus viduam in uxorem, & suscitet semen defuncto fratri suo. Idem probatur ex c. sibi. de Divortii, ubi permittit Pontifex, ut qui in infidelitate contraxerat cum vidua fratris sui, permaneat cum ea post conversionem. Denique probatur ex factis Pontificum, qui in primo gradu affinitatis linea transversa saepe dispensarunt. Nam Alexan-

62. Affinitas orta ex copula conjugali matrimonium dirimit usque ad quartum gradum.

63. Orta vero ex copula fornicaria, usque ad secundum gradum inclusivè.

An ubi Tridentinum non est publicatum, reductio per ipsum iusta locum habeat.

64. Nulla affinitas dirimit jure naturae, sive in linea transversa.





der VI. dispensavit cum Emauele rege Lulitanis, ut duceret viduam relictam fratris. Julius II. dispensavit cum Henrico VIII. rege Angliæ, ut duceret Catharinam Aragoniam, lectissimam & sanctissimam feminam relictam Arthuri fratris (à quo tamen eam prorsus mansisse intactam narratur) omnibus penè orbis Christiani Academijs tale Matrimonium approbantibus. Quæ post diligentissimam discussionem ratione controversiæ obortæ factam, Clemens VII. eandem dispensationem & Matrimonium firmiter comprobavit: non obstante quòd Henricus VIII. prætextu contrariæ sententiæ (quæ olim fuit aliquorum) reverà autem inescatur impuro amore Annæ Bolonæ, Catharinam post pacatissimum plurimorum annorum connubium repudiavit. Clemens VIII. dispensavit cum rege Poloniæ, ut acciperet sororem uxoris defunctæ. Sic & nostro tempore Casimirus Poloniæ Rex acceperat viduam relictam fratris ex dispensatione Innocentii X.

65. *Sive etiam in reb.* Secunda pars est magis controversa: nam multi existimant Matrimonium inter vitricum, & privignam, & inter privignum & novercam, esse irritum jure naturæ. Sed nobiscum tenet Sanchez d. 67. & plurimi alii. Et colligitur ex *Scoto dist. 41. num. 4.* quatenus indefinite docet, affirmatè dirimere Matrimonium tantum ex statuto Ecclesiæ. Colligitur etiam ex *Cancilio Aurelianensi III.* (quod celebratum fuit anno 540.) c. 10. Deinde probatur: quia unitas, quam isti affines habent inter se, est tantum accidentalis, ratione commixtionis carnalis inter unum illorum & consanguineum alterius, plurimumque distat ab unitate substantiæ, quam consanguinei habent inter se, præsertim taliter, ut unus sit principium substantiæ alterius: adeoque non videtur ex solo jure naturæ Matrimonium inter ullos affines esse invalidum. Verùm quidem est, aliquam in eo latere indecentiam, quòd privignus v. g. contraheret cum noverca, cui ob conjunctionem cum patre reverentiam debet, quamque ideo vulgariter nomine matris appellat: est tamen multò minor, quàm si contraheret cum propria matre, à qua tamquam principio verè originem traxit; nec videtur se solà sufficere ad Matrimonium dirimendum. Idque magis apparet, quando quis contraheret cum illa, quam pater aliquando fornicariè cognovit, vel contraheret cum filia, ejus ipse matrem aliquando carnaliter cognovit sine Matrimonio.

66. *Incestuosus 1. ad Cor. 5. habebat uxorem patris sui adhuc vivens.* Nec obstat, quòd Apostolus 1. ad Cor. 5. redarguens incestum privigni cum sua noverca, dicat, talem fornicationem non audiri inter Gentes: quia (ut passim Expositores notant) pater istius incestuosi adhuc vivebat; ut colligitur ex 2. ad Cor. 7. v. 12. ubi dicitur injuriosum fuisse in patrem, quia

nempe totum illius adhuc viventis violat, sibi sumendo uxorem patris. Alioquin non rectè dixerit Apostolus, talem fornicationem non esse auditam inter Gentes: cum ex Historicis constet, consubia cum novercis apud quasdam Gentes usitata fuisse. Et propterea quoque Ruben tam acriter reprehensus fuit, quòd totum patris sui adhuc viventis violasset. Similiter Joannes merito redarguit Herodem: tum quia uxorem fratris sui Philippi, adhuc viventis, turpiter canitur in Officio Ecclesiastico festi decollationis S. Joannis, & testatur Josephus l. 18. Antiquit. c. 7. tum quia subiectus erat legi Moysi, quæ prohibebatur ducere uxorem fratris, etiam defuncti, utpote qui ex Herodiade reliquerat semen sive prolem.

### QUÆSTIO VIII.

#### De Impedimento publicæ Honestatis.

IMPEDIMENTUM hoc vocatur justitia publicæ honestatis, vel expeditus publicæ honestatis, quòd æquum & justum sit ob publicam honestatem & decentiam impediri Matrimonium inter aliquas personas, quæ factæ sunt inter eam propinquæ per sponsalia vel per Matrimonium ratum. Ex quo capite induci impedimentum Matrimonii, patet ex c. *Si quis desponsaverit*, & c. *Si quis uxorem* & aliis 27. q. 2. & c. *Si quis de Sponsal. in 6.* aliisque Juribus. Neque extenditur ad personas affines, sed tantum ad consanguineos illius, cum quo inita sunt sponsalia vel Matrimonium.

DECO. Impedimentum publicæ honestatis jure novo oritur ex sponsalibus dumtaxat validis, dirimitque Matrimonium tantum in primo gradu. Ita *Trid. sess. 24. c. 3. gradus*. Quare jure novo potest sponsus de futuro novo contrahere cum omnibus consanguineis sponsæ, exceptis matre, sororibus ac filiabus. Idem cum proportione est de sponsa respectu consanguineorum sponsi. Dixi *jure novo*: quia jure antiquo dirimebatur etiam que ad quartum gradum: nec tantum oriebatur ex sponsalibus validis, sed etiam ex invalidis aliter quàm ob defectum consensûs, si erant pura, sive non conditionata; sic tamen, ut nullum adferretur præjudicium sponsalibus præcedentibus. Patet ex c. *un. de Sponsal. in 6.* Vide Sanchez d. 69. Bonacina q. 3. pu. 11. num. 2. & seqq.

Notandum autem hoc impedimentum esse perpetuum, & debetque etiam remanere post mortem sponsi vel sponsæ, ut patet ex c. *Si quis desponsaverit uxorem* 27. quest. 2. & aliis Juribus. Idem est, etiam si contingat sponsalia prius valida postmodum irritari. Immo etsi postmodum dissolvantur mutuo consensu, ut cum aliis passim docet Bonacina



nam supra num. 7. retractans contrariam, quam in priori Editione tenuerat, opinio- nem (quæ alioquin favorabilis esset in pra- xi, in quibus casus est sæpè natus occurrere, & quæ docetur à *Proposito, Diana, Basilio Pon- tio* & aliis, referentibus quamdam decla- rationem Cardinalium) & pro nostra alle- gans novam Cardinalium declarationem. Et ita *Sanctus* (inquit *Aversa* q. 17. sect. 5.) ob- servatur in Romana Curia, ut petatur dis- pensatio, quando casus occurrit. Ratio est, quia quod sponsalia mutuo consensu solvantur, non facta, quin antea nihilomi- nus valuerint, adeoque impedimentum in- duxerint; quod proinde permanet, sicut dum sponsalia dissolvuntur per mortem aut aliâ ratione irritantur.

Notandum II. hoc impedimentum quandoque sic concurrere cum impedi- mento affinitatis, ut sponsus nec possit con- trahere cum sua sponsa, nec cum altera à se carnaliter cognita, v. g. si post sponsalia for- nicetur quis cum uxore suæ sponse, non potest sororem ducere ob publicam hone- statem, nec etiam ipsam sponsam, quod cum hæc contraxerit affinitatem, ex copula fornicaria cum sorore. Si tamen quis prius cognoverit sororem, deinde contrahat sponsalia cum altera sorore, non potest quidem ducere hanc ob affinitatem, potest tamen ducere priorem, eo quod spon- salia cum secunda ratione affinitatis contra- ctæ fuerint invalida, quæ jure novo non inducunt publicam honestatem. Similiter aliquando contingit concurrere duplex impedi- mentum affinitatis, ut si quis carnaliter commisceatur cum duabus sororibus, aut duabus nepotibus in secundo gradu: tunc e- nim ob affinitatem cum utraque eorum potest valide ducere in uxorem. Quæ pro- praxi sunt bene notanda.

Dico II. Publica honestas orta ex Ma- trimonio rato, sive valide, sive etiam inva- lido, si aliter fuerit invalidum quam ex defectu consensus, dirimit, juxta commu- nem sententiam Matrimonium usque ad quatuor gradum, habetque se in aliis eod- em modo, quo ante *Tridentinum*: quia *Tri- dentinum* solum restringit impedimentum, quod oritur ex Sponsalibus, ut declarat *Pius* in Bulla *Ad Romanum spectat*, Tit. de Matrim. & Sponsal. in 7. *Decretal.* adeoque circa Matrimonium ratum manet in vigo- re dispositio juris antiqui, quo nascebatur inde impedimentum, et si Matrimonium foret invalidum, tummodo non ex defectu consensus; impedimentum, inquam, effi- cax ad impedendum & dirimendum se- quentia sponsalia vel matrimonia, non au- tem ad præcedentia dissolvendum.

Quocirca cum Matrimonium clandesti- num non sit invalidum ex defectu consen- sus, sed ex defectu solemnitatis à *Tridentino* requisitæ, consequenter nasci videtur ex

eo publica honestas, ut docet *Basilus Pon- tius, Aversa, Redellus* & alii. Et refertur ex- pressa Declaratio sacre Congregationis à *Barbosa* & aliis, Quemadmodum ex Matrimo- nio nulliter contracto à Monacho, à conjugato, & similibus, adhuc oritur im- pedimentum publicæ honestatis. *Sanchez* tamen l. 7. d. 70. n. 13. & *Propositus* q. 7. dub. 14. censet hoc impedimentum non oriri ex Matrimonio clandestino, veluti quod requidem sortiatur vim sponsalium de fu- turo. Immo *Propositus* contendit universum hoc impedimentum non oriri ex contractu matrimoniali à parte rei invalido ex quo- umque capite: cum nil in jure disponatur de tali contractu, veluti qui verè non est sponsalitus (excipit Matrimonium impu- berum ob dispositionem Juris) de quo Ca- nones loquuntur. *Pius V.* autem in genere solum statuit & declarat reductionem im- pedimenti per *Tridentinum* factam solum respicere sponsalia de futuro, at in Matrimo- nio rato servandam esse dispositionem an- tiquorum Canonum; qui tamen non vi- dentur loqui de Matrimonio rato irrito.

QUÆSTIO IX.

De Impedimento Criminis & Raptus.

JURE antiquo crimina adulterii & ho- micidii (*Tridentinum* addidit crimen raptus, de quo *Conclus. 4.*) quibusdam casibus dirimunt Matrimonium contrahen- dum inter certas personas; ideoque impedi- mentum ex iis ortum dicitur impedi- mentum criminis. Hoc autem Ecclesia ordi- navit, ut vitentur cædes & adulteria inter conjuges, dum hoc modo aufertur de- linquentibus spes inter se contrahendi. Quamvis non sit impedimentum juris na- turæ, ut patet in Davide, qui post adulte- rium & necem Uriæ valide duxit Bethsa- bée. Quod si tamen crimen committatur à duobus, quorum unus est fidelis & alter infidelis, non potest hic post Baptismum alteri jungi Matrimonio, ut est certum apud omnes, & deciditur c. 1. de *Convers. in- fidelium*. Et si enim ibi sit casus de certa cri- minis specie, tamen perinde etiam est de aliis duabus speciebus criminum, ut notat *Glossa*. Id autem potest Ecclesia, partim quatenus directe statuit impedimentum ipsi fideli, ut *Sanchez* l. 7. d. 78. *Henriquez* & alii: partim quatenus non quidem punit infidelem, sed inhabilitat illos, in quibus præcessit talis conditio, adeoque statuit impedimentum pro statu, quo venit ad fidem, ut Canonistæ. Ex qua secunda ex- plicatione sequeretur, Ecclesiam idem posse, et si uterque in infidelitate crimen com- misisset; & juxta alios facit. Sed in gene-

*catem iura. lido.*  
*Opinio singularis Pra- positi.*  
*Cur statu- tum?*  
*An juris natura.*  
*Quid si co- mitemus crimen non sint ambo fideles.*  
*72.*  
*Quid im- pedimentum criminis.*  
*Quid si co- mitemus crimen non sint ambo fideles.*



rali lege non censetur casus iste specialis comprehensus, quando ambo sunt infideles. Et clarius id est, si inhæreat rationi seu explicationi Sanchez supra.

Oritur ex  
triplici ca-  
pite.

Impedimentum porro criminis contin-  
git tripliciter: primò solo homicidio, se-  
cundò solo adulterio, tertio homicidio si-  
mul concurrente cum adulterio.

73.  
Primo ex  
homicidio  
solo.

DICO I. Homicidium solum dirimit  
Matrimonium, quando conjux occidit  
suam partem (idem est, si occidatur  
à complice & conspirante) idque ex præ-  
via conspiratione, & intentione postmodum  
cum conspirante contrahendi. Pater ex  
multis Canonibus. Dixi in primis, Quando

Quarto  
conjugis oc-  
cidit reipsa  
physicè vel  
moraliter  
partem,

occidit: quia non sufficit occidendi conatus,  
sed requiritur occisio re ipsa secuta; ut pa-  
tet ex c. Si quis vivente 31. quæst. 1. & c. Lau-  
dabilem, de Convers. infid. Indifferens autem  
est, siue occidat physicè per se, siue morali-  
ter per alium mediante consilio vel manda-  
to, ut patet ex c. Laudabilem & alibi. Dixi  
secundò, suam partem; ut insinuem esse  
indifferens, siue uxor occidat virum,  
siue vir uxorem, juxta Doctores, unani-  
miter, contra paucos, qui volunt esse  
necessarium, ut vir occidat uxorem;  
ut patet ex c. Si quis vivente 31. quæst. 1.  
ubi expressè est sermo de occisione viri.  
Dixi tertio, Ex prævia conspiratione. Ita

Idq. ex præ-  
via conspi-  
ratione:

Doctores communiter, & colligitur ex  
c. Laudabilem. Unde si unus sine conspi-  
ratione alterius occiderit propriam vel  
alterius partem, possunt superstites  
validè Matrimonio copulari, nisi aliud  
obstet. Similiter non sufficit ratihabitio:

Sic ut non  
sufficiat ra-  
tihabitio  
subsequens.

ipsa enim non est causa occisionis, sed  
occisionem supponit, nec potest facere, ut  
fit, aut præcesserit machinatio mortis,  
quam jura requirunt. Quàmvis de cetero  
ratihabitio ex fictione juris retrotrahatur,  
& mandato comparetur in iis, quæ solum  
pendent à voluntate raturum habentis, vel  
in iis, quæ jure disponente pro mandato  
reputantur; quod in præsentibus non conti-  
git. Adde, quòd etsi comparetur mandato,  
non sit tamen verè mandatum in odiosis.

Denique ex  
intentione  
postea cum  
conspirante  
contrahendi.

Dixi denique, Et intentione &c. Ita passim  
Doctores apud Sanchez d. 78. num. 13. &  
colligitur ex intentione legis, quæ per hanc  
pœnam intendit impedire, ne quis cupidi-  
tate alieni Matrimonii, occidat propriam  
vel alienam conjugem; quod non habet  
locum in iis, qui alio fine conjuges occi-  
dunt: cum tales ideo à suo scelere nequeant  
cohiberi.

74.  
Secundò ex  
adulterio  
solo, cui vi-  
vente con-  
juge præ-  
mittitur vel  
postponitur  
Matrimo-

DICO II. Adulterium solum dirimit  
Matrimonium, quando adulter & adu-  
tera vivente conjuge alterutrius ineunt in-  
ter se Matrimonium quantum in ipsis est,  
vel saltem fidem sibi præstant, de eo post  
mortem conjugis ineundo; idque siue ante,  
siue post adulterium. Est communis. Et  
patet ex c. Propositum, c. Ex litterarum, c.

Cum haberet, & c. Significasti, c. Veniens, De eo  
qui duxit &c. Pater, siue ante, siue post adu-  
terium: quia hoc expressè additur c. fin. cod.  
ubi colligitur etiam ex c. Veniens & aliis  
(ubi simpliciter requiritur, esse fidem da-  
tam adulteræ) ad dirimendum Matrimo-  
nium sufficere juxta communem senten-  
tiam (etsi quidam contradicant), promissio-  
nem unius esse acceptam ab alio, li-  
cet non vicissim repromittente. Requiritur  
tamen, ut uterque sciat saltem alterum  
esse conjugatum, ut patet ex c. Pro-  
positum. An autem qui tacet, acceptare cen-  
satur, dubium est. Afirmat Covin. &  
quidam alii. Sed melius negat Sanchez d.  
79. num. 25. Bonacina & plures alii: nam  
inter adulteros cæco amore abundantes ta-  
curnitas videtur potius esse signum re-  
lucationis.

DICO III. Adulterium & homicidium  
simul dirimunt Matrimonium, quando  
adulter vel adultera occidit propriam vel  
complicis partem, etiam sine conspi-  
ratione mutua, ex intentione tamen per-  
veniendi ad Matrimonium cum adultero vel  
adultera. Patet Conclusio ex c. Super hoc, &  
c. Significasti, De eo qui duxit &c. Aliqui ta-  
men putant non dirimi, quando adultera  
occidit propriam maritum. Sed contrarium  
est dicendum ex c. Si quis vivente, sup. cit.  
Intentionem autem perveniendi ad Matrimo-  
nium requiri, colligitur ex ratione in  
motivo ipsius Juris fundata & assignata  
conclusionem primam. Idemque docent Tho-  
mas, D. Bonaventura, Richardus, & alii Theolo-  
gi, Jurista & Summi communiter, ut  
refert & sequitur Aversa q. 1. sect. 4. §. Ter-  
tio contra Nonnullos.

Nota I. ut hoc impedimentum incur-  
rar, requiri juxta Sanchez d. 78. num. 12.  
& plurimos alios, quòd adulterium sit u-  
trique notum, & consequenter non incurrit,  
si soluta commercium carnale habuerit  
cum conjugato, & nara status illius, sique  
hinc ex eo ducendi occidat propriam uxo-  
rem. Quàmvis Propositus putet sufficere,  
quòd adulterium ut notum machinanti  
mortem, si reliqua adsint.

Nota II. Impedimentum criminis tan-  
tum dirimere Matrimonium inter ipsos cri-  
minosos, siue inter adulteros aut machinan-  
tes mortem conjugis: nam jura plus non  
decernunt; immo de casu adulterii hoc de-  
ciditur c. Ex litterarum, De eo qui duxit &c.  
Vide Sanchez, supra numer. 1.

DICO IV. Jure antiquo raptus non di-  
rimiebat Matrimonium, aded ut metu &  
violentiâ cessante posset olim femina, etiam  
non restituta hoc tuto, contrahere cum  
rapto; ut patet c. fin. de Raptoribus. At jure  
novo Tridentini sess. 24. c. 6. de Reform. Ma-  
trim. Inter raptorem & raptam, quamdiu ap-  
sa in potestate raptoris manserit, nullum po-  
test consistere Matrimonium. Quòd si tamen

raptam



raptus à rapore separata, & in loco tuto, & libero, constituta, illum in virum habere consenserit; eam raptor in uxorem habeat; & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium & favorem praebentes, sint ipso jure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces; & si Clerici fuerint, de proprio gradu decident. Teneatur etiam raptor mulierem raptam, sive eam uxorem duxerit, sive non duxerit, decem arbitrio iudicis dotare. Ita Tridentinum supra. Nullus autem excipitur casus, etiam si rapta sit vidua, meretrix &c. immo et si jam validè copulata raptori: Tridentinum enim loquitur generaliter. Eiusdem constitutio iuxta plerosque Doctores ac Declarationem Cardinalium etiam locum habet in sponsalibus, quæ eodem pacto non valent, nisi simili ratione rapta sit extra potestatem raptoris constituta. Quia si finis Tridentini everteretur, cum ex sponsalibus oriretur obligatio in futurum, nullam autem obligationem relinquere volueris in rapta, quousque in potestate raptoris manet.

Notandum vero raptum esse violentam abductionem de loco ad locum, causa explendæ libidinis, vel contrahendi Matrimonii. Estque pœnide, sive violentia sit physica, sive moralis consistens in metu vel timore. Secus est de dolo; utpote qui non est violentia. Quare etiam ablatio bonorum fortunæ dolo facta, non est rapina, sed furtum. Similiter mulier non dicitur rapta, si alibi inventa detineatur, vel etiam opprimatur, vel sine violentia, etsi in suis parentibus, abducatur, vel si alio fine fiat abductio, v. g. ut vendatur aut in servitutem redigatur: potestque consistere Matrimonium, si ipse liberè consentiat, nec aliud impedimentum subsit.

Sed quoniam duplex est raptus, unus qui adhibetur tantum explendæ libidinis causâ, & recensetur inter species vulgatas luxuriæ; alter qui adhibetur causâ Matrimonii: hinc dubitatur, an uterque raptus dirimat Matrimonium: estque probabilior & communior opinio Sanchez, Præpositi & aliorum, illum dumtaxat dirimere, qui ad finem contrahendi Matrimonium adhibetur. Hoc enim consonat intentioni & tractationi Tridentini, quod vult obstat, ne quis audeat attentare in medium, per quod cernit suo se sine frustrandis. Unde nec pœnæ statuitur per Tridentinum supra concernunt raptum, qui est species luxuriæ. Quamvis hic sufficiat ad alias Juris, præsertim civilis, pœnas latas contra raptorem.

Petes, an similiter raptus dirimat Matrimonium, si mulier rapiat virum? Resp. Neg. Ita communius Doctores. Nam Tridentinum expressè loquitur in casu, quo mulier est rapta, dicens: Quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit. Nec intentio Concilii videtur se extendere ad feminam, quæ vix unquam solet raptum committere. Solent porro

Jura obviare casibus natis occurrere. Unde nec ea quæ statuit Tridentinum contra impediens libertatem feminarum circa professionem religiosam, extenduntur à Doctoribus ad impediens libertatem virorum; quamvis horum quoque libertas interdum, sed rarius tollatur. Deinde veriamur in adiosis; quæ sunt restringenda. Quod verò obijcitur, per raptum alienæ sponsæ intelligi pariter raptum alieni sponsi, dum agitur de impedimenti merè prohibentibus, gratis & falsò assumitur. Neque etiam in Jure à pari ratione aut simili exemplo ducitur bonum argumentum.

Pro fine nota, quòd dum quis ex mandato alterius pro eo rapit feminam, impeditur contrahere ipse mandans, non autem executor, uti nec alii cooperatores (etsi hi gravissimè puniantur à Tridentino supra) quia Tridentinum tantum statuit impedimentum inter raptorem (quem à cooperantibus expressè distinguit) & raptam. Unde posset tertius validè cum rapta contrahere.

QUESTIO X.

De Impedimento Impotentia.

IMPOTENTIA hîc significat inhabilitatem physicam sive ineptitudinem ad exercendam copulam carnalem aptam ad humanam generationem. Estque alia perpetua, & insuperabilis, quæ scilicet tolli nequit absque miraculo, aut periculo mortis corporalis alterius, aut peccato: alia temporalis & superabilis, quæ sine prædictis superari seu tolli potest, per lapsum temporis, vel per artem humanam, aut ordinaria Ecclesiæ remedia. Item alia est impotentia absoluta, quæ est respectu omnis personæ; alia respectiva, quæ tantum est respectu certæ personæ.

Oritur porro impotentia ex diversis causis. Primò ex naturali complexionè & debilitate, quæ in Jure frigiditas appellatur. Secundò ex defectu membrorum, aut in feminis ex infirmitate arctitudine. Tertio ex defectu ætatis. Quarto ex maleficio per operam dæmonis; cujusmodi vocantur in Jure maleficiati. Ex his namque capitibus oritur impotentia cogrediendi cum effusione seminis ad generationem apti intrâ vas mulieris. Intrâ quod tamen si possit vir seminemmittere absque ejusdem penetratione (quod rarum est; etsi noverim interdum contigisse, etiam subsecutâ generatione prolium) sufficere ad validandum & consummandum Matrimonium, uti manifestum apparet Raphaeli Aversa quest. 17. sect. 1. in fine, & sect. 2. quamvis hoc videatur negare Præpositus quest. 7. dub. 20. in fine, non rectè supponens tali casu istam immisionem non fieri ab ipso viro seu vi conatûs ejusdem, saltem coagente virtute attractivâ matricis.

81. Non nisi im, pedim. nisi inior cooperantes raptui & raptam.

82. Impotentia quid est quosimplex.

83. Ex quibus capitibus oritur.

An sine vas penis penetratione possit consummari Matrimonium.

Dico



84.  
Impotentia  
temporalis  
non dirimit  
Matrimo-  
nium.

DICO I. Impotentia temporalis non dirimit Matrimonium. Patet ex c. *Fraternitatis, De frigidis & maleficis*. Ratio est, quod tunc corpus sit simpliciter potens & habile, solumque pro tempore impeditum, adeoque simpliciter subsistat materia contractus. Unde etiam in Jure conceditur experimentum triennii, ut probetur, an impotentia sit perpetua, an temporalis c. *Laudabilem, eod. tit.* Immo etsi Matrimonium post præfatum experimentum fuerit dissolutum, jubetur restaurari, si postmodum comperiatur impotentiam non fuisse perpetuam. Unde si arctitudo feminæ levi incisione (quam mulier etiam tenetur pati) aut simili remedio absque gravi periculo possit tolli, valet Matrimonium, nec potest censeri subesse simpliciter & absolute impotentia; ut satis colligitur ex cap. *Fraternitatis*, & in praxi observatur.

85.  
Impuberes  
ex natura  
rei possunt  
valide illud  
contrahere.

Hinc etiam impuberes jure naturæ valide contrahunt Matrimonium, modò sufficienter utantur ratione, nec aliud impedimentum habeant, etsi necdum possint actum matrimoniale exercere: quia illa impotentia tantum est temporalis, cum ætate proveciori tollenda. Ex natura rei verò possunt tales, jam præditi sufficienti rationis usu, se ex nunc obligare, dando potestatem ad copulam exercendam pro tempore secuturæ potentæ: sicut possunt alii temporaliter impotentes. Nihilominus Jure Ecclesiastico impuberes, id est, masculus ante decimum quartum, femella ante duodecimum ætatis annum, & quidem juxta Doctores completum, redduntur inhabiles ad contrahendum Matrimonium; ut patet ex c. *Continebatur c. Attestationes, & c. Tue nobis, de Despons. impuber.* Excipit, nisi malitia suppleat ætatem; hoc est, nisi citius sint & doli capaces, & potentes ad usum matrimoniale; ut patet ex c. *Continebatur, c. Tua nobis cit. & c. De illis 2. eod. tit.* Interdum autem contingere potentiam generandi ante eam ætatem, constat experientia ipsâ. Pluraque à variis narrantur exempla; ut de rege Achaz, qui undecimæ ætatis anno fertur genuisse Ezechiam. De Salomone refertur, quod decennis genuerit Roboam: de alio puero decenni, quod nutricem suam reliquerit gravidam. Denique *Christianus Massæus in Chronico ad annum 1337* refert puellam novem annorum in Belgio concepisse ex famulo. Hæc tamen potentia in foro externo non præsumitur ante legitimam ætatem. Quod si verò aliqui tempore pubertatis necdum sint potentes, manet res in terminis juris naturæ, adeoque valet Matrimonium juxta Doctores communiter; nisi sit impotentia perpetua, quæ tamen non satis præsumitur, quousque post tempus plenæ pubertatis (quod in viris est annus decimus octavus, in feminis decimus quartus) adhibita fuerit experien-

Secus, jura  
Ecclesiasti-  
co.

Nisi malitia  
suppleat  
ætatem:

Prout inter-  
dum contin-  
gere, decla-  
ratur.

Quod si  
qui in ipso  
pubertatis  
necdum sint  
potentes,  
an valide  
contrahant.

tia triennalis. Impuberum porrò Matrimonium sic contrahitur, ut etiam juxta Doctores communiter contra *Sanchez l. 1. c. 17. n. 6.* sit illicitum; utpote prohibitum expressè, c. 2. *de Despons. impuber.*  
DICO II. Impotentia perpetua præcedens Matrimonium dirimit illud. Est certum ex c. *Quod sedem, & c. Ex hiseris, de Frigidis*. Et hoc verum est, etsi impotentia antea sit cognita comparti; ut docent, communiter Doctores, contra paucos, existimantes impotentiam parti incognitam dirimere quidem jure Ecclesiastico Matrimonium; non autem, si fuerit parti nota: prout dicitur solet de conditione servili. Verum Canones loquuntur generaliter & absque discrimine; immo in c. *Consultationi* præsupponitur scientia impotentia. Et quidem id provenire ex ipso jure naturæ potest indicari *Sixtus V. Constit. 59. Cum frequenter*, dicens: *Secundum canonicas sanctiones & nature rationem, qui frigida nature sunt & impotentes, item dem minime apti ad contrahenda Matrimonia reputantur.* Ratio naturalis est, quod tunc deficit materia substantialis contractus Matrimonii; cujus materia sunt humana corpora disparis sexus, non qualiacumque, sed potentia seu habilia ad usum Matrimonii; de hujus enim essentia est traditio potestatis in mutua corpora ad præfatum usum (quævis excludi possit usus actualis, etiam per pactum prævium) quæ potestas dari non potest, ubi est impotentia physica.  
Nec obstat, quod impotentia interveniens Matrimonio, etiam non consummato, illud non dirimat, ut patet ex c. *Hæc, 32. q. 7.* Hoc enim postulat Matrimonium insolubilitas. Deinde potentia adhuc existentis jam erat traditum jus & dominium. Contra matutur: quia etsi contractus non subsistat in fieri sine sua materia substantiali, posset tamen postea perseverare in suo valore, etsi materia substantialiter mutetur; ut patet v. g. in contractu emptionis, qui manet, etsi aurum postea vendatur in aurichalcum, vel equus emptus occidatur.  
Non obstat II. quod impotentia moralis, quæ contingit, dum petitio debet per pactum excluditur, non dirimat Matrimonium: nam illa relinquit dominium & potestatem in actu primo, adeò sit copula non foret fornicatio, quæ inter tales contingeret. Deinde impotentia physica mutat naturam contractus substantialiter, cum materia illius sit corpus verè secundum naturam suam potens: impotentia autem moralis tantum mutat accidentaliter, seu potius extrinsecè; cum tantum fundetur in voluntate, adeoque relinquit corpus secundum se verè potens.  
Hinc patet invalida esse Matrimonia contracta à quibusvis spadonibus seu eunuchis perfectis, sive utroque teste contentibus: quia simpliciter & absolute sunt

88.  
Hanc de  
perjuri  
jura rabe  
sunt



sunt impotentes ad emittendum verum semen. Ita communiter Doctores. Et quamvis aliquando Nonnulli contrarium putarint; maxime de eunuchis, qui possunt feminis communicare aliquale semen sive humorem, licet ineptum ad generationem: res tamen hunc est certa ex Motu proprio Sixti V. supra citato (cujus verba etiam refert Sanchez d. 92. n. 17.) in quo omnium hujusmodi Matrimonia quaecumque cum quibilibet mulieribus, defectum praedictum sive ignorantibus sive scientibus, contracta decernit nulla, irrita & invalida esse, eosque ad Matrimonia contrahenda inhabiles esse declarat, mandans locorum Ordinarius, ne hujusmodi conjunctiones de cetero fieri quocumque modo permittant, ac denique jubens eos tamen, qui de facto sic contraxerint, separari. Quare non statuit novum Jus, sed potius declarat Jus naturae: quia nimirum secundum naturam rationem minime apti ad contrahenda Matrimonia reputantur; ut Pontifex loquitur.

Petes. An impotentes possint verè & valde contrahere Matrimonium, non quidem ad finem habendi copulam, sed ad finem castè vivendi? Affirmat Basilinus Pontifex l. c. 76. & tribus seqq. salvans sententiam talis Matrimonii in mutua conjunctione animorum, quoad individuum vitae societatem. Resp. tamen cum D. Bonaventura dist. 34. a. 2. q. 1. ad 2. & aliis communiter talem confederationem non esse verum Matrimonium, non tantum Jure Ecclesiastico, sed etiam naturali. Simpliciter enim & absolute inhabiles ad Matrimonium contrahendum esse, qui sunt impotentè; declarant Canones, idque ex Jure naturae, ut colligitur ex motu proprio Sixti V. Ipsa namque ratio Matrimonii primò & per se respicit propagationem generis humani per copulam, in ordine ad quam debent conjuges invicem tradere potestatem corporis sui; quam tradere nequeunt impotentè; tamen possunt eam tradere ad res domesticarum obsequium, uti servi. Deinde alioquin pariter possent tali intentione valide contrahere ipsi potentes; qui proinde habenda copulam fornicarentur, si pote ad quam non tradissent invicem potestatem: cum tamen planè repugnet, esse verum conjugium, & copulam fornicariam. Similiter accessus ad aliam personam liberam non foret in talibus adulterium. Insuper juxta talem modum Matrimonio ineundo non obest confanguinitas, uti non obest obligationi invicem obsequendi & amandi, sed soli potestati ad copulam, ejusque executioni. Denique inquiri posset; an Matrimonium sic initum foret Sacramentum, an indissolubile, an postea perfectibile modo ordinario, idque per novum contractum, an contrahibile cum plu-

ribus: ad quae & similia non posset sufficienter responderi.

Quando autem in Jure permittitur, ut impotentes possint post deprehensam impotentiam cohabitare tamquam frater & soror, sive in continentia, non supponunt Matrimonium fuisse validum. Immo agunt in casu, quo tales contraxerant modo consueto ad vacandum actibus conjugalibus, ideoque concedunt experientiam triennalem copulae, & ei, qui potens est, facultatem contrahendi postea novum Matrimonium: quae capitaliter adversantur opinioni Pontii. Quod itaque Gregorius Papa c. Requisisti 33. q. 1. dixit: Si retinaculum conjugale (id est mutuam cohabitationem, vel conjugium putativum & apparens) voluerint rescindere, maneat utriusque innupti, subintellige, maneat vir impotens innuptus de praeepto; mulier autem potens, de consilio, ut rectè Glossa. Nam (ut subdit Pontifex) videtur mulierem secundas nuptias contrahere posse.... Vir autem, qui frigida naturae est, maneat sine conjugio.

Petes II. Quid censendum sit de hermaproditò sive personà mixti sexus? Resp. posse conjugari juxta sexum praevalentem tantum, ex L. Queritur, ff. de Statu hominum. Si in utroque sexu potens sit & aequalis, potest eligere alterutrum: praestito tamen juramento coram giudice Ecclesiastico, quòd post viduationem non conjugabitur juxta alterum sexum. Quàmvis si juramentum postea infringeret, Matrimonium secus initum valeret.

Ex Conclusionè sequitur, steriles posse verum Matrimonium contrahere, ut habet omnino certa sententia, in praxi recepta: possunt enim consummare Matrimonium per veram copulam ex se aptam generationi, etsi haec per accidens non sequatur (quae etiam non semper sequitur ex quavis copula in secundis) non quidem ex feminis natura, quae est ejusdem rationis, sed ex speciali qualitate seu temperamento subjecti. Quare etiam non obstat, quòd femina sit impotens ad retinendum semen intra matricem: sufficit enim aptitudo ad copulam ex se ordinatam ad generationem, etsi ex alio accidenti haec non sequatur.

Quoad senes decrepitos tenendum similitè est, eos non esse incapaces contrahendi matrimonii, quando naturà vel arte possunt excitari ad copulam; prout regulariter possunt. Ob quod etiam Ecclesia nullos senes à Matrimonio contrahendo rejicit. Immo si senex sit admodum exhaustus, ut judicio medicorum juvari non possit ad copulam, adhuc Navarrus, Rodriguez, Vega & alii existimant, esse capace Matrimonii contrahendi, eò quòd nihilominus retineat semper velut in habitu intrinsicè suam potentiam; quae per accidens tantum

90. Satis obsecrationibus.

91. Quid censendum de hermaproditis.

92. An steriles possint contrahere Matrimonium.

93. Quid censendum de senibus decrepitis.



tantum jam est impedita ratione senectutis, quò minus exeat in actum. Contrarium docet *Panormitanus, Sanchez, Barboja* & alii communius; eò quòd tali sibi copula sit impossibilis, adeòque nequeat ad illam oriri: perinde autem sit, ex quo capite vel accidenti oriatur impotentia ad copulam. Nihilominus hæc impotentia non est nata oriri ex senectute feminae; præsertim in sententia communiore, quæ docet ad consummationem Matrimonii, & generationem non requiri semen feminicum, adeòque sufficere receptionem seminis virilis.

94.  
Quid de  
infirmis  
morbi vicinis.

Similiter de infirmis paulò post morituris, seu quorum sanitas est desperata, etsi de facto sic langueant, ut in eò statu non possent habere copulam, tenet communis Doctorum sententia, usu & praxi Ecclesiæ comprobata, eos validè contrahere Matrimonium: quia per vehementiam morbi præcisè non tollitur potentia alioquin integra & expedita ad usum Matrimonii, sed ad summum pro tali dumtaxat tempore impeditur. Quòd si tamen vi morbi potentia sic esset destructa, ut ope humana infirmus nunquam possit reddi potens, esset consequenter incapax Matrimonii contrahendi. Sed hoc regulariter non præsumitur, ideoque tale Matrimonium legitimat prolem priùs inter contrahentes susceptam, etiam dum ad hunc solum effectum contrahitur. Vide *Sanchez l. 7. d. 105. Coninck d. 31. dub. 7.* & alios.

95.  
Quid denique de se-  
mina semper faciente  
aborsum,  
aut patiente  
cum vita  
discrimine  
evidenti.

Denique si sit mulier ita disposita, ut semper faciat abortum, aut constet eam non posse parere sine manifesto vitæ periculo, censent Nonnulli, eam esse incapacem contrahendi Matrimonii: eò quòd stante eò periculo copula sit tali illicita, adeòque censetur impossibilis. Sed merito *Sanchez d. 92. n. 28. & 29. Coninck* & alii passim id negant; quia impotentia hæc saltem non est perpetua, sed solum pro tempore secunditatis. Deinde periculum istud non apparet, nisi per Matrimonium post copulam jam consummatam.

96.  
Impotentia  
respectiva  
solum dirimit  
matrimonium  
respectu sic  
impotentium.

Dico III. Quando impotentia est tantum respectiva, dirimit Matrimonium dumtaxat inter illos, respectu quorum est. Ita communiter Doctores: quia cum tantum habeant corpus impotens respectu aliorum, & potens respectu aliorum, non est ratio, cur his tradere non possit dominium corporis sui. Hujusmodi impotentia frequentius oritur ex maleficio. Ex naturali frigiditate non ita. Ut neque ex nimia arctitudine feminae oritur impotentia illius respectu similium virorum, arg. c. *Fraternitatis, de Frigidis*. Quamvis juxta Doctores communiter posset interdum ea accidere respectu virorum dissimilium in robore vel mole corporis.

97.  
Quid a-

Pro fine nota, quando contracto jam Matrimonio constat omnino perpetuam adesse

impotentiam, siue absolutam, siue respectivam, non possunt conjuges reddere debitum, nec aliquid facere, quòd extra Matrimonium non liceret; immo statim esse dissolvendum. Si verò dubitetur de perpetuitate impotentia, datur illis triennium, ut possint Matrimonium consummare, c. *Laudabilem, de Frigidis*. Quo tempore si nequeant consummare, amplius experiri non possunt, sed sunt separandi, si adit periculum incontinentia: quòd si non subit, Jura permittunt, ut habeat tamquam foetorem, quam nequit habere uxorem, c. *Laudabilem cit. & c. Requisisti 33. q. 1.* Facta autem separatione, potest aliud Matrimonium inire is, qui potens est. Si etiam facta separatione, is, qui putabatur impotens, fiat aliquando potens, reddenda est ei conjux: quia colligitur impotentiam tantum fuisse temporelem, adeòque valuisse Matrimonium. Patet ex c. *Laudabilem, & c. Fraternitatis, de Frigidis*.

Quòd attinet triennem experientiam, illa incipit & completur secundum prudens arbitrium judicis; qui potius præpendere debet ad superfluam, quam ad diminutam diligentiam adhibendam. Poteritque prudenter computare à die attentatae copulae (equaliter computandum voluit Jovista frequentius, & *Sanchez l. 7. d. 110. arg. c. Laudabilem*, ibi: *A tempore celebrati conjugii*, scilicet cum attentatione copulae) consideratà frequentia conatus; constanti & concordiac juratà assertionem, & similibus: & in maleficio, si poenitentia, pia opera, & alia remedia sint etiam satis adhibita. Aliàs, si non sit concordia in dictis, si non sint adhibita sufficientia remedia corporalia aut spiritalia, si experientia copulae non fuerit satis continua ob daturnam absentiam vel deficientiam, aliave circumstantia aliud suadeant, expediet tempus prolongare, aut ad securitatem præfigere triennium ex tunc decurrendum. Quo modo computandum illud esse simpliciter, plures docent; & aliqui id admittunt in casu maleficii tantum. Denique existit, quòd dum agitur in foro conscientia, sit arbitrium illorum pene doctum & prudentem Confessarium. Idem videtur de quovis alio viro docto & prudenti, qui rem & circumstantias illius bene examinaverit) quorum arbitrium in foro externo est penes judicem. De his plura videri possunt apud *Sanchez l. 7. d. 102. & seqq.* usque ad finem libri.

## QUESTIO XI.

### De Dispensatione Impedimentorum Matrimonii.

Dico I. In impedimentis, quæ dirimunt ex natura intrinseca contractus, immo ne quidem Deus potest dispensare, v. g. in impo-



impotentia, in defectu veri consensûs, quia tunc contractus matrimonialis deficit in aliquo essentiali, Deus autem facere nequit, ut res subsistat cum defectu alicujus essentialis. Potest quidem juxta prædicta facere, ut sine consensu contrahentes sibi invicem obligentur, per semetipsum tradendo illis mutuum dominium corporum, sed facere nequit, ut sine consensu subsistat contractus.

Dico II. In impedimentis, quæ dirimunt jure divino aut naturali largè, solus Deus potest dispensare. Ita communiter Doctores. Ratio est: quia in legibus hujusmodi nemo potest dispensare Deo inferior absque divina commissione; de qua in præsentia non constat. Neque etiam congruebat potestatem in hujusmodi impedimentis dispensandi Ecclesie relinqui; cum talis potestatis usus non videatur moraliter loquendo fore expediens, ut discurranti per singula impedimenta Jure divino seu naturali dirimentia apparebit. Undè qui censent votum siemne dirimere Matrimonium contrahendum Jure divino seu naturali, consequenter docere debent Papam in hoc dispensare non posse. Nos è contra docemus Papam id posse, sicut censemus esse impedimentum Jure Ecclesiastici. Adeoque et si dispensatio in ipsa obligatione voti defectu causæ foret invalida, adhuc valere posset dispensatio quoad valorem Matrimonii, dum Papa id absolute vellet.

Dico III. In impedimentis dirimentibus jure Ecclesiastico potest per se loquendo dispensare solus Pontifex. Ita communiter Doctores. Et patet ex praxi Ecclesiæ. Ratio est, quod illa impedimenta sint juris communis, sive scripti, sive consuetudinarii, in quæ præinde solus Pontifex habet potestatem. Et quamvis Episcopi possent circa Jus commune, quidquid potest Pontifex, id ad summum intelligendum esset, nisi Pontifex sibi aliquid reservet: prout juxta omnes reservat sibi dispensationem in impedimentis dirimentibus, nisi ex speciali privilegio vel præscripta consuetudine aliquibus Episcopis facultas in hujusmodi dispensandi sit communicata.

Dixi per se loquendo: quia per accidens ex tacite concessione Pontificis valde probabiliter potest etiam Episcopus dispensare, quando Matrimonium bonâ fide contractum est in facie Ecclesiæ, & impedimentum est occultum, ac separatio valde difficilis, similiter recursus ad Pontificem est difficilis. Ita Silvester, Angelus, Henriquez, Navarrus, Sanchez, Præpositus & passim Recentiores. Ex quibus etiam id etiam extendunt in casu gravissimæ necessitatis ad Matrimonium contrahendum. Ratio est: quia hoc est necessarium pro regimine & salute animarum; adeoque non est credibile, Pontificem in tam gravi necessitate & animarum periculo velle sibi

Henricus Sum. Theol. Pars IV.

dispensationem reservare: qui utique in ædificationem, non in destructionem est dirigere debet potestatem Episcoporum. Quare sic habet praxis eorundem. Favet quoad c. 2. de Despons. impub. in verbis allegandis n. seq. Quod si in prædicto casu sit facilis recursus ad Legatum Apostolicum, qui hac in parte sit præditus facultate dispensandi, videtur, quod tunc Episcopus nihil possit: cum tunc cesset necessitas, ob quam præcisè hæc facultas tacite Episcopo concedebatur, adeoque etiam cessare videtur tacita concessio. Ita Sanchez l. 2. d. 40. n. 3. Navarrus, Præpositus & alii contra Henriquez.

Excipiunt Varii à Conclusionè impedimentum defectûs ætatis scilicet pubertatis. De quo posteaquam cautum esset c. 2. de Despons. impub. Ne aliqui ante ætatem Canonibus præscriptam conjungantur; subditur: Nisi forte aliqua urgentissima necessitate interveniente, ut pro bono pacis, talis conjunctio toleretur; scilicet ab Episcopo dispensative permittente, ut plerique Expositores & alii intelligunt; prout constat & sequitur Adversa q. 19. sect. 2. Et satis probabile censet Sanchez l. 7. d. 104. n. 12. quem vide.

Refert quoque Bassæus V. Matrimonium IX. n. 4. concessum esse à Gregorio XIII. Patribus Societatis Jesu 24. Aug. 1576. ut in locis, in quibus Decretum Tridentini contra Matrimonia clandestina est promulgatum, & ab aliquibus non servatum, possint absolvere illos, qui induci non possunt, ut Matrimonium servatâ formâ Concilii contrahant, & cum iisdem dispensare in foro conscientiarum, ut rursus secreto inter se contrahant, non servatâ formâ Concilii; atque ut postquam sic contraxerint, proles ita suscepta ipso facto legitimæ censeantur. Quæ concessio foret valde opportuna in partibus Hæreticorum. Solum ob stare potest, quod sit vive vocis oraculum. Quale etiam est, quo (ut refert Bassæus supra) idem Pontifex 2. Septemb. 1580. iisdem concessit facultatem dispensandi cum iis, qui contraxerunt cum impedimento Criminis, & non putant esse illicitum dare fidem de Matrimonio contrahendo post mortem conjugis vivente altero conjugè; immo putant justissimum, ubi intervenit copula.

Petes, quæ causæ in dispensationibus matrimonialibus soleant regulariter attendi? Resp. attendi in primis bonum pacis pro conjugium obtinendum. Ad quod spectat: tum extinctio inimicitiarum capitalium, litium civilium, aliarumque gravium discordiarum: tum præventio, ne ista oriantur, neve homicidia, infamia, aliæ damna aut scandala (sub quibus etiam peccatorum pericula, v.g. incontinentiæ, hæresis &c. censentur) sequantur.

Secundò attenditur defectus pacis conjugii in loco, nisi cum conjunctis, quando scilicet commodè & moraliter in proprio oppido

103.

An à Conclusionè sit dispensatio sit præscriptam conjungantur; subditur: Nisi forte aliqua urgentissima necessitate interveniente, ut pro bono pacis, talis conjunctio toleretur; scilicet ab Episcopo dispensative permittente, ut plerique Expositores & alii intelligunt; prout constat & sequitur Adversa q. 19. sect. 2. Et satis probabile censet Sanchez l. 7. d. 104. n. 12. quem vide.

104.

Referuntur quædam privilegia.

105.

Causa ordinaria dispensationum matrimonialium censentur.



oppido non reperitur persona alia coequalis, q. g. quia major pars concivium conjuncta est cupienti nubere, sic ut praeter eos non facile inveniatur personam parem sibi suisque gratam.

Tertio, defectus dotis, quando scilicet non habet tantam, quanta requiritur & consueta est, ut nubat extraneo aequali. Quarto conservatio splendoris & amplissimarum divitiarum in eadem familia, quae v.g. femina haeres alioquin transferret ad extraneos. Ob quod etiam in veteri Legge femina haeres debebat nubere viro de familia & cognatione sua. Quod etiam spectat acquisitio hereditatis, relictae sub conditione nubendi tali.

Quinto, recognitio excellentium meritum, sive dispensationem petentis, sive ejus pro quo petitur. Sexto, instauratio Matrimonii bona fide contracti, saltem ex una parte, quae detecto postea impedimento peteret dispensationem. Septimo, reintegratio honoris feminae violatae, & legitimatio ac bona educatio prolis antea susceptae.

Quibus accedit causa extrinseca, impositio scilicet alicuius aut alterius operis ad primum finem. Et sic aliqui petunt dispensationem sine causa, supple. ex ante dictis, sed non sine hac causa extrinseca. Insuper plures causae, quae seorsim aliquando non sufficerent, simul collectae juvare possunt, ut exurgat conjunctim causa sufficientis & adaequata. Quod verò Tridentinum sess. 24. c. 5. de Reform. Matr. monet, ut in secundo gradu nuptiarum dispensetur, nisi inter magnos principes, & ob publicam causam. Pontifici (qui mentione ista Concilii non arctantur) benignitate non servatur exacte, sed ad quandam moderationem reductum est, ut etiam cum aliis personis, praesertim opulentis, ex causa gravi, etsi non publicae, seu bonum commune directe spectante, saepe dispensetur; uti haec praxis manifeste ostendit. Cetera, quae de dispensationibus matrimonialibus, scitu necessaria sunt, peti possunt ex dictis *Tract. de Leg. disp. 4.* ubi de dispensatione generaliter actum est.

## DISPUTATIO SEPTIMA.

*De Debito coniugali seu Vsu matrimoniali.*

## QUESTIO I.

*An & quomodo teneatur Coniux reddere vel petere debitum?*

**D**ICO I. Tenetur coniux alteri explicitè vel implicitè petenti reddere debitum. Conclusio est communis & certa. Et patet ex 1. ad Cor. 7. *Vxori vir debitum reddat: similiter autem & uxor viro.* Et paulò post: *Nolite fraudare invicem, nisi &c.* Et rationem subjungens ait: *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.* Ex quibus Apostoli verbis patet, hanc obligationem esse iustitiae, adeoque gravem; sicut quaelibet alia iustitiae obligatio gravis est, quando materia est proportionata.

Hinc peccat mortaliter coniux, qui absolute comparti debitum negat, quando id rationabiliter & serio aut sub obligatione exigit: scilicet, si non serio, aut non sub obligatione, sed ex quadam benevolentia, aut si precibus reculantis facile acquiescat. Deinde propter levitatem materiae excusatur à mortali, si non nihil v.g. differat: modò absit in petente periculum incontinentiae. Quod quidem periculum satis frequens est, & à fortiori debet tolli reddendo debitum postulatum. Qua in re gravissimè saepe delinquant feminae, suam morositatem & inflexi-

bitate praebentes viris occasionem pollutionum & adulteriorum, discordiarumque domesticorum.

**DICO II.** Coniux excusatur à reddendo debito, quando habet rationabilem causam negandi. Ratio est, quòd obligatio iustitiae non sit tam stricta, quàm occurrente rationabili causa liceat solutionem negare, et saltem differre. Sic enim debitor pecuniae excusatur, si nimia paupertate prematur; mancipium excusatur ad praestanda opera, si prematur infirmitate &c.

Hinc excusatur coniux primò, si non possit reddere debitum sine notabili periculo salutis corporalis. Immo tunc illicite redderet. Secundò, si pars petens laboret lepra, vel alio morbo contagioso non lethifero, sic ut grave sit periculum infectionis, etsi licita, non tamen obligatoria est redditio debiti, juxta *D. Thomam, De Bonaventuram* & alios communiteres. Colligitur ex c. 1. de Coniugio leproforum. Si tamen non sit notabile infectionis periculum (quale non censetur subesse in raro Congressu, seclusa cohabitatione: in quo standum iudicio medicorum) non excusatur. Quo modo intelligendum videtur c. 2. eod. tit. Sicut nec excusatur, si ante Matrimonium sciverit conjugem esse infectum tali morbo: quia tunc contrahendo cum tali censetur se obligasse ad reddendum (quod simpliciter licitum est) etiam cum tali periculo. Vide Sanchez l. 9. d. 24. per totam. Tertio probabilis excu-

1.  
Coniux conjugis explicitè vel implicitè petenti tenetur debitum reddere.

Idem, ex iustitia.

2.  
Quando secus facit, peccat mortaliter.



excusatur, quando conjux petit debitum in amentia, ebrietate, aut alia extra usum rationis. Ratio est, quod talis petitio non sit humana, ex qua oriri possit obligatio: & amens non habet usum suae potestatis seu dominij, sicuti etiam in bonis externis constat. Excipitur, quando destitutus usu rationis inicitis fortasse medijs explet suam libidinem. Quartò excusatur, quando conjux immoderate & nimis frequenter petit debitum. Ita *Præpositus* 9. §. 5. dub. 5. n. 41. & communiter: quia non videntur conjuges se obligasse ad usum immoderatum; præsertim cum repugnet decentiæ & valetudini. Denique cum ex privilegio Christi conjugibus ante consummationem Matrimonij liceat ingredi Religionem, non tenentur illud contummare, adeoque nec debitum primâ vice reddere primo bimestri, quod eis ad deliberandum conceditur à Jure c. *Ex publico*, de *Convers. Conjug.* Idque juxta *Petrosque* inter quos *De Thomas, D. Bonaventura* & alii, quos refert & sequitur *Sanchez* l. 2. d. 24. n. 24. contra *Coninck* & alios, etsi jam deliberaverint non intrare; eò quod interea quisque posset propositum mutare in melius.

Dubium autem est, an excusetur conjux à reddendo debito, quando timetur nimia prolium multiplicatio? Et quidem satis constat posse conjuges ex mutuo consensu aut interveniente pacto excusari ab obligatione reddendi debitum, dum saltem abest periculum incontinentiæ. Sola quoque multiplicatio prolium excessiva non sufficit: cum enim Matrimonium sit ad generationem institutum, non potest quis ab ejus obligatione eximi, ne generatio sequatur. Secus est juxta *Sanchez* l. 9. d. 25. & plures alios, etiam secluso pacto vel mutuo consensu, quando est præsens periculum, ne plures nascantur proles, quam parentes possint alere: quia non videntur conjuges obligandi ad usum conjugalem cum tanto gravamine & incommodo. Sicut & in aliis rebus moralibus excusatur quis à solutione aliorum debitorum ob moralem impossibilitatem seu maximam difficultatem. Quod facilius locum habere possit in honestis & nobiles, qui non possint alere multas proles sine notabili statûs detrimento. Quantumvis non sufficit nimiam prolium multiplicationem etiam juncto gravamine paupertatis, censat *Coninck* disp. 34. dub. 3. & alii: eò quod gravamen istud nimis remotè & accidentaliter oriatur ex redditione debiti: ad quam proinde conjuges videntur se obligasse, etsi inde remotè sit sequi paupertas, quæ velut effectus per accidens non videtur posse impedire Matrimonij finem principalem. Sed hæc ratio non urget. Plausibilius quoad communes pauperes admittit *Præpositus* 9. §. 6. dub. 6. quod non videantur excusari, etsi proles tot non possint alere: eò quod nec

*Herincx Sum. Theol. Pars IV.*

patiuntur detrimentum statûs, nec difficultas alendi proles videatur adeò in illis ponderanda, cum pane mendicato vivere possint. Quod judicio prudentis attentis personarum circumstantiis discernendum est.

Dico III. Conjux per se loquendo non tenetur petere debitum: quia nemo tenetur uti jure suo. Dixi per se: quia per accidens tenetur petere, quando posset avertere periculum incontinentiæ, quod alioquin conjugi imminere advertit: cum lege charitatis quilibet quando commode potest, teneatur impedire peccatum proximi, adeoque potiori jure conjugis. Neque hæc obligatio est justitiæ, ut aliqui voluerunt; sed charitatis, aut certè pietatis inter adeò conjunctos: per Matrimonium enim solum traditur alteri dominium corporis, & jus eo utendi, non autem assumitur obligatio alterum cogendi vel invitandi ad ejus usum. Similiter ex charitate videtur per accidens conjux, præsertim vir, obligari ad petendum, quando scit comparem hoc valde desiderare, præsertim ob prementes tentationes, etsi non subsit periculum incontinentiæ, sed præ verecundia hoc non audet indicare.

6.

*Conjux non tenetur debitum petere per se loquendo.*

*Quando teneatur per accidens.*

QUESTIO II.

Qualiter impediatur petitio & redditio debiti?

Dico I. Qui contraxit affinitatem cum sua comparte, cognoscendo videlicet carnaliter consanguineam illius, non potest petere debitum, potest tamen, immo tenetur reddere. Prima pars est certa. Et patet ex c. *Si quis cum filiastra*, & c. *Discretione*, de *eo qui cognovit* & c. Nec tantum conjux qui exercuit actum carnalem cum consanguinea suæ compartis incurrit hanc poenam, sed etiam ipsa compars, si consenserit in talem actum, juxta Doctores communis. Qui id solent colligere ex c. *Discretionem* cit. & c. *Tua fraternitatis*, eod. tit. & consequenter si unus conjux commiserit talem incestum, & alia consenserit, sive iniquitatis sit particeps, neuter posset petere debitum. Oppositum nihilominus velut probabilius amplectitur *Dicasillo* disp. 9. dub. 9. post *Ochagavia, Hurrado & Perez*: eò quod in Capitulis citatis dicatur quidem innocentem non debere jure suo privari; tamen non statuatur expressè, ut nocens seu iniquitatis particeps eodem privetur, sed hoc tantum inferatur per argumentum à contrario sensu, quod in jure positivo non est efficax, præsertim quoad inducendas poenas vel impedimenta.

7. *Affinitas superveniens Matrimonio impedit petitionem debiti in incestuoso.*

*An etiam in comparte consentiente.*

Requiritur verò ad hanc affinitatem contrahendam, ut incestus committatur scienter, ut colligitur ex Jure: adeoque non solum

8.

*Requiritur ut incestus*

D d d 2 solum



quã talis  
committat  
scilicet.

solum ignorantia invincibilis, sed etiam vincibilis circumstantiã ipsius incestus excusat ab hac poena. Secus est de ignorantia poenã. Vide d. 5. de legib. q. 4. n. 29.

Quousque  
se extendat  
hac affini-  
tas.

Non extendit etiam se hæc prohibitio ultra primum aut secundum gradum, ubi locum habet reductio Tridentini quod sess. 24. c. 4. de Reform. Matr. restituit impedimentum affinitatis ex fornicatione dirimens Matrimonium ad secundum gradum: adeoque fortiori videtur illud tacite restrictisse, quod solum impedit debiti petitionem. Idem aperte constat ex quadam Declaratione Gregorii XIII. quã refertur ad sess. 24. c. 4. de Reform. Matr.

Non impe-  
dit ipsa de-  
biti reddi-  
tionem.

Secunda pars, quod scilicet possit debitum reddere, patet ex c. Discretionem & c. Tuã fraternitatis cit. Cum (ut c. Tuã fraternitatis dicitur) affinitas post matrimonium iniquè contracta, illi nocere non debeat, qui iniquitatis particeps non existit, eò quod suo jure non debeat sine sua culpa privari, ut additur c. Discretionem; adeoque crimen alterius jure suo privati obesse nequeat, quin adhuc alteri jus retinenti debitumque petenti possit & teneatur reddere.

IO.  
Cognatio  
spiritualis  
superveniens  
non impedit  
debiti red-  
ditiõnem:

DICO II. Qui post contractum Matrimonium culpabiliter contraxit cognitionem spiritualem cum altera conjugate, baptizando vel suscipiendo filium communem aut filium alterius conjugis, potest reddere debitum; ut apud omnes est certum: sicut & certum est, quod possit petere, quando inculpabiliter cognitionem contraxit, v. g. baptizando in extrema necessitate. At quod non liceat petere, quando cognitionem culpabiliter contraxit, docent plerique Doctores apud Sanchez l. 9. d. 26. n. 7. allegantes varia jura. Sed (ut fatetur ipse Sanchez, qui etiam contrarium censet probabile) Jura ista non sunt satis clara, aut probantia: cum tamen sine claro Jure non sit imponendum tantum gravamen, sed in poenis benignior interpretatio sit adhibenda. Unde solidius Covinck d. 34. dub. 8. Præpositus & passim Recentiores docent, ne quidem tunc incurri impedimentum petitionis debiti. Equidem satis constat, contrahentem hanc cognitionem sine sufficienti causa graviter peccare. Vide dicta de Baptismo d. 7. q. 4. n. 40. & seq.

Immo pro-  
babiliter nec  
petitionem.

II.  
Impeditio  
ob affinita-  
tem petere,  
licet negat-  
ur debiti;

DICO III. Conjugi impedito petere debitum propter contractam affinitatem, aut in sententia multorum ob cognitionem spiritualem, licet negatur debitum. Ita Doctores communiter. Ratio est: quia alter est jure petendi privatus per Canones. Sed dubitatur, an incestuoso debitum petenti reddi licet possit, eò quod videatur subesse cooperatio ad iniquam actionem petentis. Verum notat Castro Palao d. 3. pu. 4. §. 6. n. 7. talem copulam conjugalem secundum se non esse illicitam, sed solum quatenus petitur ab incestuoso; cujus petiti-

Licet quo-  
que reddi-  
tur.

ni compars non cooperatur, quã ad petendum non incitatur, sed soli copulã petita. Aliundè autem delictum incestuosi grave non debet innocentem, c. Tuã fraternitatis, De eo qui cognovit consang. qui proinde æquè liber esse debet ad reddendum & petendum, ac si delictum non fuisset commissum.

Immo generatim loquendo Sanchez l. 9. d. 6. n. 7. Covarruvias, Covinck, Castro Palao & alii existimant, conjugii illicitè petenti debitum compartem tantum solum reddere illicitè, quando petitio est illicita ob circumstantiam aliquam se tenentem ex parte actus v. g. quia petitur in loco publico vel cum periculo abortus (nisi forte graviora mala indecentiam ipsius actus expurgent, ut Varii advertunt) eò quod tunc ipse actus sit in se illicitus etiam ex parte personæ reddentis: aliàs autem posse licetè reddere, quando scilicet petitio tantum est illicita ex parte personæ petentis, v. g. ob votum, vel affinitatem, eò quod reddens exerceat actum, sibi ex natura sua licitum, immo ad quem habet jus, non obstante alterius interdicto, quin immo jus habet etiam alter, si sit tantum impedito per votum. Quare tali casu non cooperatur alterius peccato formaliter, cum illa actio externa in se peccatum non sit, sed quatenus procedit ab altero impedito. Pari modo, quo actio externa vitatur ex malo fine petentis, cujus tamen iniquitati non cooperatur alter cooperari, ut etiam fatetur Bassius Pontius l. 10. c. 3. & quidam alii præsertim doctrinam limitantes, ut compars quidem possit & debeat reddere, quando malitia petitionis pendet ex arbitrio petentis, v. g. intendens malum finem, cum posset intendere rectum: non autem, quando petitio sic est illicita, ut ipse petens non possit illam vel copulam de facto suo arbitrio licitam facere, v. g. ob votum aut affinitatem contractam. Quam limitationem etiam approbat Dicastillo d. 19. ubi. 19. etsi priorem doctrinam probabilissimam censeat, immo veram, supponendo quod compars spontè reddens eo ipso virtualiter quodammodo censeatur petere, vel ex parte sua meliori modo quo potest accedere. Nihilominus limitatio ista non apparet necessaria: eò quod juxta prædicta utrobique actio solum mala sit ex circumstantia ei extrinsecã. Immo consequenter Sanchez supra & plures, alii censent compartem obligari reddere debitum sic petenti & jus habenti, quo per votum v. g. non privatur, vi cujus soli Deo obligatur ex motivo religionis. Quammodum depositarius teneatur reddere depositum petenti, etsi hic Deo promississet, quod ipsum non repetet; eò quod hinc alter non acceperit jus depositum retinendi, nec hic amiserit jus petendi. Hoc saltem in re constat, reddentem facile posse excusari ob aliquam



Quaest. III. An quovis tempore licitas sit usus Matrimonii. 93

quam necessitatem, aut utilitatem, v. g. ob indignationem conjugum aliudve detrimentum proprium vel petentis. Sicut excusari potest petens mutuum ab usurario. Similiter satis constat compartem posse admittere copulam convertendo redditionem in petitionem: sic enim ipsa copula executio ne quidem erit peccaminosa ex parte alterius, etsi prius illicitè petierit. Quà petitione subinde etiam tenetur compari alteri impedito consulere, ipsum praevenire, si v. g. immineret illi periculum peccati.

Pro fine quaestionis nota, Episcopos posse dispensare in impedimentis supervenientibus Matrimonio contracto, etiam dum est facilis recursus ad Papam; juxta Doctores passim, & praxim seu consuetudinem communem ac praescriptam. Extat etiam Oraculum Pii V. factum Franciscanis (quod est nonum inter Oracula ejusdem Pontificis in Bullario Rodriguez, idemque referunt alii Scriptores passim) quo eorum Confessariis juxta formam Tridentini approbatae, & à Provinciali specialiter deputatis, datur facultas dispensandi cum incestuosus ad petendum debitum; similiter cum eis qui contraxerunt cum voto simplici castitatis Matrimonium, ut eo durante petant debitum. Facta autem semel hac deputatione, facultas est perpetua: potestque etiam extra confessionem mandari executioni. Quam facultatem extendit Rodriguez ad impedimentum cognationis spiritualis superveniens Matrimonio contracto. Sed extensio non est satis fundata. Nos tamen impediri sentimus, quod debiti petitionem impediat, non admittimus.

Porro praeter allegatum, vivo vocis oraculum extat apud Rodriguez in Bullario Concessio Julii II. Bulla 24. pro Monachis S. Benedicti Congregationis Vallisolitanae, in qua Prioribus seu Praesidentibus & tribus vel quatuor Confessariis specialiter ad id deputandis per Superiorem monasterii datur facultas ad nutum deputantis revocabilis, dispensandi in petitione debiti cum incestuosus ad eorum Ecclesiam seu Monasterium recurrentibus; idque intra Sacramentum Confessionis.

QUAESTIO III.

An quovis tempore licitus sit usus Matrimonii?

Ubi hoc movetur propter dies festos, maxime solemnes, aut etiam quando conjuges volunt communicare. Secundò, quando uxor patitur menstrua. Tertio, quando est gravida. Quarto, durante purificatione post partum. Quintò, quando lactat.

Dico I. Maxime expedit conjuges die-

Herim: Sum. Theol. pars IV.

bus festivis, praesertim solemnioribus, ab usu Matrimonii abstinere, ut majori fervore & puritate possint vacare orationi. Idque scriptum volunt Patres relati à Gratiano 33. q. 4. dum dicunt eos tunc debere abstinere; ut docet Scotus dist. 32. ad 3. & alii communius, contra aliquos existimantes eos obligari ad hoc sub veniali. Unde conjux illis diebus absolute tenetur reddere debitum petenti. Ratio Conclusionis est, quod non appareat sufficiens fundamentum strictae seu proprie dictae obligationis abstinendi istis diebus à copula. Idemque est de diebus Communionis. Quamvis ob remanentem libidinis sensum, ac distractionem & hebetudinem mentis adesse posset interdum culpa quaedam venialis irreverentiae in Communionem facta post habitam ipsa die copulam per modum petitionis; aut certe suadenda sit eo die à Communionem abstinencia: nisi circumstantiae aliud suadeant. Immo piissimum consilium est abstinere isto die à petendo debito etiam post Communionem. Pars tamen ob hoc à redditione debiti non excusatur. Nec ipsa ob hoc facile urgenda est, ut à Communionem absteat, seque tanto bono priver, quae obligationi suae satisfacit.

Diebus festis aut Communionis an abstinendum à copula.

Dico II. Probabilius non est mortale, vacare actui conjugali tempore menstrui, etiam petendo debitum. Ita Sanchez d. 2. n. 7. & alii communius, contra multos, inter quos Alesius, D. Thomas, D. Bonaventura existimantes esse mortale, nisi saltem in alterutro subsit periculum incontinentiae: quorum sententiam valde probabilem asserit Sanchez n. 2. eique favet Scotus supra n. 5. immo & Augustinus q. 64. super Leviticum. Probatur Conclusio: quia in primis non extat divina prohibitio in nova Lege: vetus autem data Levitici 20. utpote ceremonialis, & ex parte judicialis, jam cessavit. Non etiam jure naturae congressus tali tempore est mortalis: eo quod neque ex se sit ita diffinis rectae rationi; neque etiam quia est nocivus proli nasciturae, quasi ob hoc inficiendae lepra aut alio morbo (in quo praecipue fundantur Auctores contrariae sententiae) quia hoc rarissime & serè numquam accidit; uti experientiam docere Auctores passim testantur. Alioquin sanè oppositum foret dicendum: nam (ut arguit Scotus supra) majori praeepto tenetur conjux non agere, unde proles nascatur leprosa seu elephantiaca aliisve morbis subjecta, quae posset aliàs procreari sana, quam pro nunc satisfacere voluntati mulieris, pro quando ut in pluribus puer nascitur leprosus aut aliis morbis subjectus.

15. An sit mortale accedere ad menstruatam.

Dixi in Conclusionem, Non est mortale: quia Doctores passim agnoscunt in petente debitum tali tempore culpam venialem, saltem nisi adsit periculum incontinentiae, diuturna à conjugum absentia, aut alia ratione.

16. An saltem sit veniale.

Ddd 3 tiona-



tionabilis causa: aliàs enim videtur quædam incontinentia juncta cuidam indecentiæ, & feccitati singulari (quam castus animus horret cogitare) exigere congressum tali tempore, & non expectare tempus aptum retentioni seminis & generationi brevi futurum. Pars autem, à qua debitum petitur, juxta *Sanchez, Præpositum q. 6. d. 8. n. 61.* & plures alios videtur habere justam causam reddendi, per hoc præcisè, quòd peccatur: eò quòd juxta præmissa actus tali tempore exercitus non sit ita in se indecens, ut nullà circumstantià possit cohonestari: talis verò circumstantia ex parte reddentis videatur adesse, per hoc quòd reddens compati suæ satisfaciat. Immo consequenter idem *Sanchez, Præpositus* & alii docent, quòd conjux reddere teneatur; quàmvis hoc præter Auctores alterius sententiæ negat *Bonacina* & alii, eò quòd sit turpitudine tenens se ex parte actus. Et *Sotus, Silvester, Petrus Ledesma* & plures alii docent saltem virum prius admovendum, ac si fieri possit flectendum, ut desistat (quòd indubiè saltem consultissimè fit) quamquam si desistat non desistat, aut sit periculum odii, vel quòd ad alias sit abiturus, mulier teneatur debitum reddere, ut eos sentire refert *Præpositus supra n. 54.*

An debitum tunc petiū reddi possit,

vel debeat.

17.  
Licet non noscitur uxor gravida.

18.  
An licet cognoscatur mulier tempore purgationis.

DICO III. Quando uxor est gravida, licet reddatur & petitur debitum (adeoque illicitè negatur) modò absit periculum abortus. Ita communis Doctorum contra Nonnullos putantes, esse veniale, tunc exigere debitum. Ratio est, quòd nulla lex hoc prohibeat. Quòd enim Patres subinde videantur culpam talem congressum, intelligendi sunt de consilio: vel quando subest periculum abortus. Et certè si Matrimonii usus tunc esset illicitus, male esset provisum conjugibus de remedio concupiscentiæ: cum majore parte temporis uxores multorum sint gravida.

DICO IV. Uti Matrimonio statim post partum, durante adhuc naturali mēstris purgatione, non est mortale, ut satis receptum est apud Doctores: immo juxta *Richardum, Sanchez, Henriquez, Præpositum supra d. 11.* & plures alios ne quidem est veniale, eò quòd corporalis immunditia non videatur sufficere ad causandum peccatum in actu conjugali, ad quem partes jus habent. Videtur tamen saltem moraliter adesse veniale, ob nimiam intemperantiã, quæ in copula isti feccitati juncta apparet, uti in copula cum menstruata: nisi aliqua ratio excuset. Quòd autem *S. Gregorius* ait, & refertur *c. fin. dist. 5. Nisi purgationis tempus prius transierit, viris suis non debent admisceri*, dictum est ab ipso tamquam sancto Doctore & dante sanctum consilium, non tamquam imponente rigorosum præceptum, vel certè ob intemperantiã ibi regulariter adjunctam, dicit id esse illicitum, scilicet venialiter.

DICO V. Non est illicitum uti Matrimonio eo tempore, quo mulier lactat. Ita Doctores communiter: quia periculum, quòd aliqui dicunt proli lactanti imminere, nullum vel parvum est. Quòd si subinde contingat adesse, potest per aliam nutricem vel alimentum provideri. Certè (inquit *Præpositus q. 6. d. 11. in fine*) conjugati intollerabile gravamen subirent; si juxta quorundam sententiam non possent se mutuo cohabitare, dum mulier est gravida, puerpera, lactans: inde enim sequeretur, quòd non nisi rarissimè actum conjugalem possent exercere. Et ita quidem congruit humanæ infirmitati: etsi non satis quem suaderi nimia hujus actus raritas, quæ non extorserit amor propaginis aut fidei conjugalis.

#### QUÆSTIO IV.

*Qualiter usus conjugalis sit illicitus ratione modi?*

DICO I. Certissimum est conjuges mortaliter peccare congregiendos, si committentur extra vas naturale. Talis namque congressus repugnat lumini naturæ, etiam Barbaris explorato, ac fini matrimonii. Quare mortem potius, quàm talem concubitum deberet uxor admittere. Quidquid impius Mahomet in suo Alchorano c. 1. illam permisisse fertur his verbis: *Vxores vestra sunt aratura verbis, inquit igitur araturam vestram à libitino.* Immo juxta Doctores communiter non solum licet inchoatur copula in vase præputero, cum intentione perficiendi in vase naturali, eò quòd ista carnis penetratio videatur inchoata sodomia, & ex natura sua dispositio ad illam: ut proinde non se habeat instar alterius nudi tactus, quo licet provocatur natura in ordine ad copulam conjugalem.

DICO II. Certissimum quoque est conjuges peccare graviter tangendo seipos, aut se mutuo, etiam consentientes, cum pollutione seu effusione seminis extra vas: cum id repugnet castitati conjugali finique matrimonii, nec mollities naturæ contraria per conjugium honestetur. Immo videtur communis sententia, quòd conjugatorum pollutio præterea habeat specialem malitiam contra fidem conjugii, veluti quæ prohibeat usum carnis extra limites conjugii, & obliget, ut uterque servet alteri castè corpus suum. Et consonat illud *Ambrosii*, quòd refertur *c. Nemo sibi, 3. q. 4. Nec hoc solum est adulterium, cum aliena muliere peccare conjugis, sed omne quòd non habet potestatem conjugii.* Non video tamen efficacem istius sententiæ rationem. Varios etiam deprehendi pœnitentes, qui non apprehendebant specialem malitiam ex parte conjugii.



QUESTIO V.

Quo Fine exercendus sit actus Matrimonii?

jugii in pollutione, credentes fidem conjugii per hoc non frangi.

Observandum praeterea conjugibus ne sibi in mente proponant aliam personam, dum commiscuntur, sive per desiderium, sive per simplicem complacentiam: aliam enim graviter peccant.

DICO III. Si conjuges sine justa causa non servent naturalem modum sive situm, v. g. si mulier sit incuba, si à latere, stando vel etiam modo praeposito tamen in naturali vase se cognoscant, peccant juxta omnes: quia est alienum à ratione, non servare situm à natura institutum. Dixi sine justa causa: hanc enim existente nullum est peccatum, v. g. si vir sit succubus, ne aliam uxori aut fetui imminet periculum, aut quia dispositio corporalis naturalem situm non permittit. Ita Sanchez d. 16. n. 7. & alii communiter: quia naturalis modi inversio non videtur ita intrinsecè mala, quin justè causa possit illam coherescere, quando ex modo congressus rata est sequi generatio. Unde etiam comparis tunc non solum potest, sed etiam tenetur reddere debitum sic petenti.

DICO IV. Dum sine justa causa naturalis situs non servatur, tantum peccatur venialiter, juxta Sanchez supra n. 3. Navarrum & alios passim contra multos existimantes peccari mortaliter. Ratio est: quia etsi modus accidentaliter sit contra naturam, non tamen ipsa substantia actus conjugalis, ut potest fieri in vase legitimo idoneè ad generationem; defectus autem iste accidentaliter non videtur ascendere ad deformitatem mortalem; nisi adesset morale periculum effusionis seminis extra vas; quod raro adesse, adeoque Confessarium non teneri de illo interrogare accusantem se de indebito situ, notat Sanchez supra n. 5. Non tenetur tamen comparis reddere debitum sic petenti sine justa causa: sive se confirmando sententia probabilis, quae putat inversionem istam esse mortalem: sive quia etsi tantum sit venialis, probabiliter tamen est ita intrinsecè mala, ut petente non excusetur ob justam causam, non excusetur reddens saltem à veniali peccato: sive denique quia etsi nullum foret peccatum sic petenti reddere, non censetur tamen se obligasse, nisi ad reddendum modo congruo. Equidem est probabilis, quod saltem licitè reddere possit: cum sic doceat Sanchez supra n. 2. Pontius, Diana & plures alii: juxta quos in reddente pro causa sufficit, nolle alteri displicere, aut occasionem discordiae praebere. Idque verum existimo tunc saltem, quando fundatè discordia aut simile malum timeretur, vel alia justa ratio reddendi debitum subesset. Omnino tamen debet conjux conjugem pro virili hortari, si sit spes fructus; ut à similibus inordinationibus absteat, ei ostendendo suam in his displicentiam.

DICO I. Actus matrimonialis licitè refertur in generationem prolis, & satisfactionem sui debiti, aut in evitacionem continentiae in sua parte. Conclusio est ab omnibus recepta. Immo generatio prolis est finis principalis: satisfacere debito postulato tenetur pars ex justitia, vitare autem continentiam partis, saltem ex charitate.

DICO II. Licitè conjux exercet etiam petendo actum matrimonialem praecise, ut evitet periculum continentiae in semetipso. Ita plurimi Doctores contra Magistru[m] dist. 21. & plures alios existimantes exigentem tali fine peccare venialiter: quod varii varie limitant. Ratio est: quia Matrimonium est utile, & à Deo ordinatum in concupiscentiae remedium post lapsum: ergo eo uti in hunc finem nullum potest esse peccatum. Nec obstat, quod hic finis sit tantum secundarius: quia licitum est omisso fine principali assumere secundarium, si sit honestus; qualis est evitatio continentiae propriae. Deinde in sterilibus cessat omnino spes prolis; in secundis autem saepissime, nempe post prolem jam conceptam: adeoque in illis regulariter, in his saepissime esset illicita petitio copulae; nec satis foret praevium concupiscentiae toto conjunctorum de licito remedio illius, quae ex ipsa tori conjunctione potius augetur.

Confirmatur I. quia licitè, immo laudabiliter quis Matrimonio utitur, ut evitet continentiam alienam suae partis (quamquam non sit finis principalis usus matrimonialis) quidni ergo licitè eo utatur, ut evitet continentiam in semetipso, à quo incipit charitas? Immo verè tunc etiam videtur concurrere bonum fidei matrimonialis; cujus pimirum per continentiam frangenda periculum est.

Confirmatur II. ex 1. Cor. 7. ubi Apostolus ait: Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat. Et infra: Iterum revertimini in idipsum, ne tenet vos satanas propter continentiam vestram. Qui modus loquendi planè non denotat promissionem venialis peccati, sed concessionem actus liciti, etsi minus boni: sicut etiam concedit Matrimonium tamquam licitum, etsi minus bonum respectu continentiae. Et hoc sensu subdit: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Quamvis S. Augustinus l. 5. contra Jul. c. 9. in fine videatur haec verba accipere tamquam indulgentiam rei malae; dicens: Cum ad id ipsum redeunt propter intemperantiam suam, noverint etiam

24. In copula licitè intencitur proles satisfactio debiti, aut etiam solvitatio incontinentia aliena.

25. Quia est propria.

Probatur.

Confirmatur I.

26. Confirmatur II.

Vertical marginal notes on the left side of the page, including references to other works and authors like Sanchez, Pontius, Diana, and Augustinus.



etiam ipse dicere Deo, *Dimitte nobis debita nostra.* Quod enim secundum veniam, non secundum imperium à tanto Doctore dicitur, utique ignoscitur, non jubetur. Ubi tamen Augustinus non videtur adversari Conclusioni nostræ: non enim loquitur de copula exercita ad peccatum incontinentiæ vitandum, sed ad ipsam concupiscentiam seu intemperantiam expleendam; utpote totus in illo loco ad ostendendum quòd concubitus causâ voluptatis explendæ adhibitus sit malus: quæ proinde dicit ab Apostolo permitti tamquam indulgendo rem malam. Dum autem indicat solum posse intendi generationem proles, solum loquitur exclusivè ad intentionem principalem voluptatis. Nam certè constat posse, immo debere reddi copulam etiam à sterili, ad satisfaciendum fidei conjugali: quidni ergo intendi possit sedatio concupiscentiæ?

*Agitur de mente S. Augustini.*

27. *Licitè similiter intenditur in copula sanitas, aliusve honestus finis.*

DICO III. Licitè etiam petitur & exercetur actus conjugalis ad sanitatem corporis conservandam vel restaurandam, aut alium honestum finem. Ita *Coninck* & plures alii contra multos existimantes in hoc latere culpam venialem. Ratio est, quòd cum hi fines sint honesti, & Matrimonii usus ad illos sit utilis, non appareat, cur prohibendum sit usum hunc ad istos fines referre. Quem admodum in aliis rebus humanis ob fines de se licitos, sine culpa adhibentur media per se licita, & ad illos fines utilia, etsi alioquin ex institutione sua ad illos non sint ordinata. Simili itaque ratione Matrimonium ejusve usus, etsi non specialiter ordinatum ad certum finem, potest nihilominus ex generali sua conditione illum respicere, adeoque propter eundem appeti.

28. *Illicitè imputatur sola voluptas, nãventura & reliqui antiqui, immo & recentiores satis communiter. Idem satis clarè videtur docere D. Augustinus, Gregorius & alii Patres. Quorum, & præcipuum Theologorum auctoritas est præcipuum Conclusionis fundamentum. Ratio est, quòd videatur repugnare rectæ rationi exercere actum præcisè propter delectationem adeò brutalem & quodammodò absorbentem usum rationis. Juxta plerosque tamen Doctores tantum est culpa venialis, nisi curjusam libido sit adeò effrænis, ut ita sa congressu spectetur solius libidinis impletio, quod perinde ei sit, sive sit sua, sive non; adeoque constituatur in ea ultimus finis, ut solent loqui Theologi. Quòd si delectatio non quæstia sentiatur in actu, & acceptatur, nullum ex ea parte est peccatum.*

*Nimirum venialiter.*

29. *Quòd ipsum varii recentiores negant.*

DICO IV. Illicitum est exercere actum Matrimonii ob solam voluptatem carnalem: ut tradit *Magister, D. Thomas, D. Bolla* voluptas, & reliqui antiqui, immo & recentiores satis communiter. Idem satis clarè videtur docere *D. Augustinus, Gregorius* & alii Patres. Quorum, & præcipuum Theologorum auctoritas est præcipuum Conclusionis fundamentum. Ratio est, quòd videatur repugnare rectæ rationi exercere actum præcisè propter delectationem adeò brutalem & quodammodò absorbentem usum rationis. Juxta plerosque tamen Doctores tantum est culpa venialis, nisi curjusam libido sit adeò effrænis, ut ita sa congressu spectetur solius libidinis impletio, quod perinde ei sit, sive sit sua, sive non; adeoque constituatur in ea ultimus finis, ut solent loqui Theologi. Quòd si delectatio non quæstia sentiatur in actu, & acceptatur, nullum ex ea parte est peccatum.

Immo non desunt, qui existiment absque omni culpa in usu Matrimonii posse moderatè intendi, & appeti voluptatem. Ita *Almainus, Aversa, Castro Palao, Diana* & varii recentiores. Et satis consonat

sententiæ asserenti dari actus in individuo indifferentes. Ratio assignari posset, quòd in humanis operationibus per se licitis non videatur culpabile appetere delectationem, quam ipsa natura iis annexit; quæ proinde juxta plerosque saltem licitè acceptatur, dum actus ob alium principalem finem exercetur. Quòd adhuc facilius apparet, quando voluptas solum secundario intenditur simul cum alio sine principali confirmatur: quia hujusmodi delectatio non est illicita, sed indifferens; copula queque non est mala: ergo videri posset non esse in rigore malum, hanc ordinare in talem finem: cum finis indifferens faciat actum indifferentem. Est què difficile id ex ratione efficaciter improbare. Patres quoque videri possunt potissimum culpæ intemperantiam seu immoderatam appetitum voluptatis, quæ dominetur conjugio velut principio; ut *Hieronymus*, qui refertur c. *Origo & c. Liberorum* 32. quasi 4. Et *Gregorius*, qui refertur c. *Vir cum propria* 33. q. 4. Vel explicari possit de eo quòd ordinarium est, quia nimirum moraliter impossibile est illam quærere, & moderationem tenere. Ut proinde ad minus practicè retinenda sit communis Doctrina. Sed & aliter cadit explicatio in *D. Gregorium*, ac difficilius in *B. Augustinum*. Immo hic videtur velle, quòd conjux voluptatem libidinis solum tolerare debeat, velut invita & ex necessitate; tamquam effectum inordinatum peccati originalis, post quòd ipsa licita admissio conjugum sine voluptate carnis fieri non potest, ut utar verbis *Gregorii supra*. Adicè ultra castæ animæ ab amore libidinis alienæ fuerunt.

#### QUÆSTIO VI.

*An Dubius de valore Matrimonii licitè petat & reddat debitum?*

SUPPONO I. Conjugem scientem in validitatem sui Matrimonii, etiam bona fide initi, non posse debitum petere nec reddere, quocumque periculo proposito. Ita expresse deciditur c. *Inquisitioni, de senr. Excommunic. Ratio est, quòd nullo casu possit quis scienter fornicari, seu alteri carnaliter commisceri extra legitimum Matrimonium.*

Suppono II. Conjugem merito dubitantem de validitate Matrimonii, sive bonâ, velut sive malâ fide contracti, teneri statim inquirere de rei veritate, ne exponat se periculo fornicationis, casu quo matrimonium foret invalidum.

DICO I. Qui malâ fide contraxit, dubitans de valore Matrimonii, non potest petere debitum conjugale; tenetur tamen reddere compari, quæ bonâ fide contraxit.

Con-



Conclusio est satis communis. Et pro utraque parte deciditur c. De riuus, de secundis Nuptiis. Ratio primæ partis est, quod conjux talis malâ fide inchoauerit possessionem, adeoque nullum jus cum tam manifesto fornicationis periculo potuerit acquirere. in corpus alterius. Unde si uterque malâ fide contraxerit dubius de valore Matrimonii, neuter potest petere & consequenter nec reddere, ob periculum fornicationis, cum neutri faveat possessio bonæ fidei, adeoque nec jus aliquod. Et hoc Sanchez merito putat certissimum, inquit Dicastilla d. 9. num. 166. Ratio secundæ partis est, quod alter conjux ob bonam fidem sit in legitima possessione Matrimonii, adeoque habeat jus in corpus alterius; cui potius tenetur alter dubitans sati-facere, quam abstinere periculum materialis fornicationis præcavere.

Dico II. Qui Matrimonium contraxit bonâ fide, & postea incipit dubitare, si factâ diligenti inquisitione adhuc maneat dubius de ejus valore, potest probabiliter etiam debitum conjugale petere, juxta plurimos Doctores: quamvis multi, tam antiqui, quam recentiores, valde probabiliter putent eum posse solum debitum reddere. Ratio est, quod talis videatur in legitima possessione Matrimonii bonâ fide inchoati, & juris petendi debitum; in dubio autem sit melior conditio possidentis. Nec obstat c. Dominus cit. ubi deciditur dubitantem solum posse reddere bonâ fide petenti: quod etiam deciditur c. Inquisitioni cit. Nam prior capite agitur de casu quo Matrimonium erat cum dubio, siue malâ fide contractum. Posteriori vero agitur quidem de Matrimonio utrimque bonâ fide contracto, & dubio subsequente; potest tamen explicari de tempore, quo necum erat facta sufficiens inquisitio ad deponendum dubium. Quidquid sit, satis constat licite peti & reddi debitum per triennium, quando dubium supervenit ratione potentie: diligentia enim ad inquirendum veritatem (quæ in omni dubio adhibenda est) alia ibi adhiberi non potest, nisi per experientiam & conatum ad copulam: quæ in ceteris dubiis esset inutilis ad explorandum impedimentum.

QUESTIO VII.

An Conjugibus licita sint oscula, tactus, aspectus & verba amatoria, secluso periculo pollutionis?

Dico I. Similes actus sunt liciti inter conjuges tamquam preparatorii ad actum conjugalem debite perficiendum. Ita communiter Doctores. Ratio est, quod

Heinr. Sum. Theol. Pars IV.

cui licitus est finis, licita quoque sint media ex natura sua ad talem finem. Conducentia ad usum matrimonialem seu copulam. Si tamen referantur ad majorem voluptatem in ea captandam, erunt intemperantia quædam venialis. Si etiam adsit periculum pollutionis in alterutra parte, erunt grave peccatum, etiam in casibus sequentium Conclusionum.

Dico II. Tactus, amplexus, oscula &c. sunt licita conjugibus tamquam signa vel etiam tamquam fomentum amoris conjugalis. Ita communiter Doctores. Ratio est: quia hic finis est honestus, & ad eum prædicta sunt etiam instituta. Idem est, si adhiberentur ad sedandas carnis tentationes, quando his mediis sedari possent: sicut ob illum finem juxta sententiam satis receptam licita est ipsa copula.

Dico III. Prædicta sunt sine peccato mortali; etsi intendatur sola in illis voluptas, & non sit animus exercendi actum conjugalem. Ita communiter Doctores contra Antonium, Sylvestrum, Rodriguez & quosdam alios, putantes esse peccata mortalia. Ratio est: quia vinculum Matrimonii, quod conjugibus concedit copulam, concomitanter etiam concedere debet actus inchoativos: adeoque sicut quærere libidinem in ipsa copula non est in conjugibus peccatum mortale, sic nec illam quærere in actibus ad illam ordinatis. Communiter tamen supponunt Doctores esse peccatum veniale, uti de ipso actu conjugali docent: quamvis difficultate non careat, si voluptas non sit immoderata; ut patet ex iis quæ circa actum conjugalem notavimus. Quia verò in contactibus valde impudicis frequenter subest notabile periculum pollutionis, sunt isti omnino conjugibus dissuadendi, nisi intendatur copula, vel saltem sit animus eam petendi, quando periculum advertitur: cui omnino tenentur conjugati occurrere per copulam, aut certe illud præcavere.

Hæc Conclusio habet etiam locum quando actus conjugalis est per accidens conjugibus illicitus, utpote quia illum sine propria aut proliis sanitatis periculo exercere nequeunt, aut quia impotentes facti sunt. Secus est, si vovissent castitatem. Si autem animus tantum voverit, liceret ei prædicta, quatenus est necesse ad redditionem debiti, sed nihil per modum petitionis. Salvo semper, ut dictum est, periculo pollutionis.

An autem conjux peccet mortaliter, si morosè delectetur de copula cum com- parte, etiam in absentia, non caret difficultate. Cajetanus quidem, Sanchez & alii frequenter existimant, quod non, etiamsi sequatur alteratio carnis, dummodo absit periculum pollutionis; eò quod delectatio

quam dispositiones ad copulam conjugalem debite perficiendam,

34. Vel inquam signa & fomentum amoris conjugalis.

35. Quod si sola intendatur voluptas, etiam sine intentione copulæ, adhuc non sunt mortale peccatum.

36. Quid si conjuges non possint libere exercere ipsam copulam.

37. Quid enim de morosa delectatione circa copulam conjugalem vel de ea-

Ecc ista



*Aibus impudicis in absentia cohabitatis.*

ista sit de actu conjugali, & propter illum, qui in presenti est licitus ei, qui delectatur. Alii tamen verius affirmant. Sit aliter difficultas est de conjugate, qui in absentia alterius se ipsum impudicè tangit: quem Sanchez similiter existimat non peccare mortaliter, si absit periculum pollutionis: tamen Vasquez, Diana & alii plurimi rectè non excusant à mortali. Vide dicta in *Materia de Peccatis Disp. 7. q. 4. num. 36. & seqq.*

QUESTIO VIII.

*De Debito Conjugum ad Cohabitandum.*

38. *Conjuges obligantur invicem cohabitare:*

CERTUM est apud omnes, teneri per se loquendo conjuges ad invicem cohabitandum. Hæc enim obligatio non solum supponitur in Jure civili & canonico: sed etiam apertè insinuat in verbis Dei per os Adæ pronuntiatis *Gen. 2. Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhaerebit uxori suæ. Ipse quoque Christus Matth. 5.* ob solam fornicationis causam permittit viro ab uxore discedere. Immo hæc obligatio oritur ex ipsa natura contractus matrimonialis. Qui proinde *Institut. De patria potestate §. 1.* definitur, *Viri & mulieris conjunctio individua vitæ consuetudinem seu societatem continens. Et L. 1. ff. de ritu Nupt. Conjunctio maris & femine, & consortium omnis vitæ.* Sine mutua etenim cohabitatione non solum nequit commodè præstari mutuum debitum copulæ conjugalis; sed illam etiam postulat recta prolis educatio, quæ utique patris & matris officiis indiget: aliaque obsequia, quæ conjuges invicem præstare debent, eandem requirunt. Unde, ductu luminis naturæ etiam apud Gentiles conjugati cohabitationis officium servant. Et ad illam compelli possent conjuges, sive à iudice Ecclesiastico, etiam per censuras: sive à sæculari: idque tum ad instantiam partis, tum etiam ex officio. Quare vir diuturniore tempore se ab uxore absens sine justa causa, graviter peccat. Modica tamen absentia reputatur pro nulla, nec censetur rationabiliter alteri gravis.

*Qui proinde ad id cogi possunt à iudice.*

39. *Electio habitationis aut mutatio est legitima;*

Electio porrò habitationis per se loquendo spectat ad virum tanquam caput mulieris & administratorem familiæ. Qui proinde illam mutare potest, etiam in viâ uxore; quæ lege subjectionis & cohabitationis tenetur virum sequi, c. *Vnaqueque 13. q. 2.* Si tamen inter pacta conjugalia adjectum sit, ut vir teneatur in certo oppido vel provincia habitare, obligabitur vir illud observare: cum non repugnet naturæ Matrimonii iniri pactum, ut conjuges certo loco figant domicilium, adeoque illud sit justum, & consequenter obliget acceptatum, juxta Doctores communis, quos sequitur

*Si tamen tenetur stare pactis quoad habitationem ipsius.*

*Sanchez l. 1. d. 40. & Basilius Roptius l. 12. c. 20. num. 8.* Et consequenter non obligabitur uxor sequi virum foedifragum. Quod si tamen peculiaris ratio intercedat, quæquam necesse sit mutare habitationem, censetur talis casus in pacto, et si per juramentum firmato, exceptus: & consequenter tenebitur mulier eum sequi, sicut si pactum non intercessisset. Quemadmodum è contrà vir tenetur sequi mulierem, quæ ex necessitate cogitur habitaculum mutare: et si per se a noquum sit electio penes virum. Similiter si vir sit in exilium missus, tenebitur uxor, viro volente, comitari, ut docet Sanchez l. 1. disp. 4. num. 12. & plures alii, eò quod licet non sit particeps poenæ, tamen jure conjugii debeat esse particeps infortunii.

Notandum tamen, quòd ex justa causa possit conjux abesse à conjugate, etiam longo tempore, idque sive causa sit publica, sive privata; v. g. si Princeps ad militiam evocet, si ob negotia domestica iter faciendum sit, & aliquamdiu alibi morandum, v. g. ob lites, conservationem bonorum & tunc enim nequit uxor esse rationabiliter invitâ. Quod prudenti iudicio discernendum est attentâ negotiorum gravitate & rerum opportunitate. Similiter non tenetur uxor cohabitare viro cum gravi suo discrimine seu periculo in anima, corpore vel famâ. Quare nec tenetur sequi virum vagum, saltem quando tempore initi Matrimonii non solebat vagari, vel id ignorabat uxor: nam esset nimis grave onus mulieris eam obligari ad hujusmodi sequelam mulieres non decentem. Quare potius teneretur ipse vir à tali vagatione desistere, ne uxorem in cohabitatione certo loco figenda deserat. Si tamen mulier tempore contractus mores viri noverat, videtur in illud onus consentisse, nisi causa vagandi sit turpis.

Qualiter autem ob adulterium, aliasque causas, vel etiam ex mutuo consensu, fieri possit separatio quoad torum & habitationem, patebit ex dicendis *quest. seq.*

QUESTIO IX.

*De Divortio.*

DIVORTIUM dicitur à divertendo, quia unus conjux ab altero divertit. Quod intelligi potest, vel quoad vinculum, vel quoad torum, vel insuper quoad habitationem. Hic autem, & simpliciter loquendo, sumitur pro diversione quoad torum & habitationem. Estque nihil aliud, quàm solutio Matrimonii quoad torum & habitationem; manente vinculo matrimoniali.

Dico I. Certum est, conjuges aliquando licitè facere divortium. Patet ex *Matth. quoad l. 19.* & definitur à *Tridentino sess. 24. can. 8. de Matrim. Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum*

*Sanchez l. 1. d. 40. num. 8. Et consequenter non obligabitur uxor sequi virum foedifragum. Quod si tamen peculiaris ratio intercedat, quæquam necesse sit mutare habitationem, censetur talis casus in pacto, et si per juramentum firmato, exceptus: & consequenter tenebitur mulier eum sequi, sicut si pactum non intercessisset. Quemadmodum è contrà vir tenetur sequi mulierem, quæ ex necessitate cogitur habitaculum mutare: et si per se a noquum sit electio penes virum. Similiter si vir sit in exilium missus, tenebitur uxor, viro volente, comitari, ut docet Sanchez l. 1. disp. 4. num. 12. & plures alii, eò quod licet non sit particeps poenæ, tamen jure conjugii debeat esse particeps infortunii.*

*Notandum tamen, quòd ex justa causa possit conjux abesse à conjugate, etiam longo tempore, idque sive causa sit publica, sive privata; v. g. si Princeps ad militiam evocet, si ob negotia domestica iter faciendum sit, & aliquamdiu alibi morandum, v. g. ob lites, conservationem bonorum & tunc enim nequit uxor esse rationabiliter invitâ. Quod prudenti iudicio discernendum est attentâ negotiorum gravitate & rerum opportunitate. Similiter non tenetur uxor cohabitare viro cum gravi suo discrimine seu periculo in anima, corpore vel famâ. Quare nec tenetur sequi virum vagum, saltem quando tempore initi Matrimonii non solebat vagari, vel id ignorabat uxor: nam esset nimis grave onus mulieris eam obligari ad hujusmodi sequelam mulieres non decentem. Quare potius teneretur ipse vir à tali vagatione desistere, ne uxorem in cohabitatione certo loco figenda deserat. Si tamen mulier tempore contractus mores viri noverat, videtur in illud onus consentisse, nisi causa vagandi sit turpis.*

*Qualiter autem ob adulterium, aliasque causas, vel etiam ex mutuo consensu, fieri possit separatio quoad torum & habitationem, patebit ex dicendis quest. seq.*

*Dico I. Certum est, conjuges aliquando licitè facere divortium. Patet ex Matth. quoad l. 19. & definitur à Tridentino sess. 24. can. 8. de Matrim. Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum*



non ob multas causas separationem inter conjuges, quoad torum seu quoad cohabitationem, ad certum incertumve tempus, fieri posse decernit, anathema sit.

DICO II. Potest conjux innocens ob adulterium alterius facere divortium. Patet ex *Math. 19. Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem &c.* Idem patet ex *Milevitano II. cap. 17. & c. Significasti & c. Gaudemus, de Divortio*: nec non ex communi hi Patrum & Doctorum sententia, ac praxi Ecclesiae. Ratio est, quod jure non debeat fides servari frangenti fidem: cum ergo adulterans fregerit fidem commiscendo se alteri, non tenetur innocens reddere debitum aut cohabitare. Quamvis pars nocens, non teneatur sponte desistere a copula aut cohabitatione, sequere jure quodlibet privare, nisi innocens consensu factus eam privet. Quare nec tenetur se prode, atque ita a petendo debito desistere. Post notitiam quoque delicti potest adhuc petere copulam, non velut debitam, sed benevole concedendam.

Neque Christus *Math. 19.* hanc facultatem divertendi de novo fecit, sed Amquam per se & de jure naturae conjugii innocentem competentem declaravit: ut proinde etiam locum habeat inter infideles. Ideoque veniens ad eum cum sua consorte, potest divortium facere ob illius adulterium in infidelitate commissum, ut colligitur ex cit. *c. Gaudemus in fine.* Praeterea et si exempli gratia faciat Christus mentionem viri, eadem tamen facultas competit mulieri, uti exploratum est ex praxi Ecclesiae, & canonibus, ut *c. Placuit* (quod est de sumptibus ex *Milevitano*) 32. q. 7. & *c. Praecipit* (quod est *Hieronymus*) & *c. Fin.* (quod est *Innocentii I.*) 32. q. 5. & aliis. Idemque satis constat ex *1. ad Cor. 7.* ubi Apostolus ait, *Praecipere dominum, uxorem a viro non discedere, scilicet sine justa causa: quod si discesserit, utique ex justa causa, puta ob fornicationem viri* (ut exponit *Augustinus l. 1. de Adul. Conjug. c. 1.*) *manere nuptiam, aut viro suo reconciliari.* Ubi datur optio, adeoque proponitur facultas a viro divertendi.

Petens, an etiam ob reliquos actus castitati conjugali repugnantes possit fieri absolutum divortium? Resp. juxta communem sententiam illud fieri non posse, ob tactus inhonestos, aut pollutionem alieni vel proprii corporis: eo quod fractio fidei ad hujusmodi divortium sufficiens intelligatur enormis illa ac perfecta & consummata, quae fit per divisionem carnis in alium vel aliam in concubitu; cum tamen juxta cum sola conjuge vel conjugii manere debuisset una caro. Sufficit nihilominus concubitus hujusmodi et si sodomiticus (idem est de bestialitate) juxta *D. Bonaventuram, D. Thomam* & alios communiter, quos citat & sequitur *Sanchez l. 10. d. 10. num. 3.*

*Hernix Sum. Theol. pars IV.*

A qua sententia in praxi non recedendum putat *Basilus Pontius l. 9. cap. 16. num. 2.* etsi oppositam speculativè approbet: quam post *Innocentium, Alvarum Pelagium, Palatium* & quosdam alios relatos a *Sanchez supra num. 2.* tenet *Aversa quest. 23. sect. 1.* eo quod Jurata, ipsaeque sententiae Evangelicae loqui videantur de solo adulterio, seu de fractione fidei per divisionem carnis in copula ex se apta generationi prolis adulterinae, quae ita in domum & familiam possit induci: uti ex ea sola sequitur affinitas, & in viro irregularitas bigamiae.

DICO III. Debet adulterium esse peccaminosum, ut sit causa sufficiens divortii. Ita omnes Doctores. Ratio est: quia quod culpa caret, in damnum vocari non debet. Deinde aliàs verè non est fractio fidei. Unde de violenter oppressa id indubitatum est. Idemque est, si mulier post intellectam mortem viri, sed verè viventis, bona fide contrahat, & cognoscat illum, cum quo contrahit; quam proinde recusare non poterit vir prior, *c. Cum per Bellicam 34. q. 2.* nisi post notitiam veritatis habuerit cum secundo copulam, aut exorto dubio post contractum, non servaverit regulas in tali dubio servandas. Immo si post fidem dignam relationem de morte viri fornicetur, adhuc juxta Doctores communiter & *c. Si virgo 34. q. 2.* viro redeunti non licebit divortium, eo quod fides conjugii formaliter non sit violata.

Quod si verò gravi metu compellatur ad adulterandum, sicut eo non obstante graviter peccat, & fidem frangit, sic & divortio subjacet, ut habet communissima sententia, teste *Sanchez l. 10. d. 5. n. 16.* ubi citat *D. Bonaventuram, D. Antoninum, Durandum, Paludanum, Castro, Soto, Henriquez* & plurimos alios, contra *Abbatem, Silvestrum*, & quosdam alios, quos refert & sequitur *Aversa q. 23. sect. 3. §. Tertio.* Qui allegat illud *Augustini lib. 1. de Civit. c. 19.* (quod refert *c. Proposito 32. q. 5.*) *Mirabile dictu: Duo fuerunt* (scilicet *Lucretia Romana, & filius Tarquini regis*) *& adulterium unum admisit.* Verum *Lucretia fuerat violenter oppressa.* Alioquin si consensisset, quantumvis ex metu, verè fuisset adultera; etsi non hoc sensu, quasi adulterium appetierit. Allegat praeterea, quod delicta simili metu commissae poenis civilibus aut ecclesiasticis non subjaceant. Verum hoc quoque parum refert: cum in praesenti non sit poena, sed cessatio obligationis ob fractam fidem, & illatam veram injuriam; qualem etiam inferret cum obligatione reparandi damna, qui ex metu incendisset domum aut occidisset dominum.

Si autem vir consentiat in adulterium uxoris, seu eam prostituat, rationi consonum est, & certum apud omnes, immo decisum *c. Discretionem. De eo qui cogn. Con-* *Sanz.* eum ob hoc non posse divortium facere.

45. Debet autem adulterium esse peccaminosum.

Sic ut a violentiam passam, vel procedente ex bona fide nequeat fieri divortium.

46. Non tollit tamen gravis metus causam divortii.

47. Conjugem prostituens nequit facere divortium.



cere. Estque tunc adulterium quodam loquendo modo non injuriosum personae conjugis scientis & volentis. Idem est de muliere respectu viri. Immo juxta Doctores communitur id verum est, si vir culpabiliter permittat, seu non impediat adulterium uxoris, dum commodè possit; utpote sic tacite & ipso facto consentiens. Et quàmvis juxta Sanchez l. 10. d. 5. n. 5. aliud quoad hoc sit de uxore, eò quòd communiter mulieres non audeant viros suos reprehendere, neque id sit officium illarum veluti inferiorum, ut proinde taciturnitas in illis non reputetur consensus: tamen per se & consequenter loquendo, etiam uxor, quæ viro par est quoad debitum fidei conjugalis, debet impedire, dum commodè potest, ne tacite consentire censeatur: quàmvis rariùs in eis contingat, quòd id commodè facere possint.

*Vir nec in adulterium tacite consentiens.*

*Secundum est de eo, qui expellit, aut alere recusat conjugem postea fornicatorem.*

Quod si denique conjux compartem à domo expellat aut alimenta subtrahat, unde ipsa occasionem fornicandi sumat, adhuc locum habet divortium, tradit Sanchez supra num. 6. ex communi Doctorum sententia, quæ colligitur ex c. Significasti, & c. Ex litteris, de Divortio. Eò quòd sit tantum occasio remota; & alioquin injuria viri in alio genere, quàm adulterii, non faciat compensationem delictorum.

48.

*Datur compensatio delictorum.*

*Perinde, quis prius aut sapius peccaverit.*

Dico IV. Datur compensatio delictorum & injuriarum, sic ut nequeat conjux facere divortium ob adulterium compartis, si & ipse in simile delictum incidit: ut patet ex c. Significasti, de Divortio, & c. Intelleximus, de Adulteriis, & aliis juribus. Estque juxta Doctores communitur perinde, uter conjugum prius adulterium commiserit, vel quòd unius delictum sit publicum, alterius non, dummodo tamen delictum occultum alteri certò constet: est enim quoad forum conscientiae (quidquid sit de approbatione in foro externo) par conditio. Non requiritur etiam, ut delicta sint paria quoad numerum, ut rectè Doctores communitur: sed sufficit paritas quoad substantiam delicti sufficientis aliàs ad divortium faciendum. Quòd si etiam post latam sententiam divortii, etsi triplicem, detegatur delictum compartis, rescinditur ipsa sententia. Præterea si demum post sententiam latam, ante susceptum Ordinem sacrum, aut professionem Religiosam, ipse innocens delinquat, adhuc compensationi locus est, non solum

*Idem etiam post latam sententiam divortii.*

*Ex officio judicis, sive ad instantiam partis.*

ex officio judicis, sed juxta D. Bonaventuram & plurimos alios contra Sanchez d. 9. n. 30. Bonacina & alios, etiam ad instantiam partis. Et videtur expressum c. Ex litteris, de Divortio, ubi est sermo (uncolligitur ex contextu) de casu, quo intervenerat sententia: quamquam Sanchez contendat contrarium. Immo juxta eosdem Doctores videtur conjux in conscientia obligari ad revocandum dimissum, quando hic conscius delicti in-

stat. Alioquin hoc non urgente aut ignato delicti, non tenetur compari se prodere & compensationem offerre, juxta diversa q. 23. lect. 4.

Dico V. Non tenetur innocens facere divortium à conjuge nocente: ut docent omnes, & habet praxis, ipsaque ratio, nimirum quia nullo jure id præcipitur. Quando autem uxor adultera est contumax, & in flagitio perseverans, satis communitur docetur virum teneri facere divortium, ne censeatur vir consentire flagitiis uxoris, utque ita adhibeatur debita correctio. Quòd videntur respexisse quidam Canones referri soliti. Rarò tamen videtur esse ad hoc obligatio ob gravia incommoda divortii: quo utiliora sunt ordinariè alia remedia, v.g. minæ, verbera aliaque castigationes uxoris, ex quibus ipse satis advertat virum non probare licentiosam illius vitam. Rariùs adhuc & difficiliùs contingit uxorem obligari ad faciendum divortium à viro adultero; ut prudenter consideranti satis patebit.

Dico VI. Potest innocens comparti adulteræ reconciliari condonando injuriam, & restituendo eam in pristinum jus: ut Canones, ratio & praxis manifestè docent. Idque etiam propria auctoritate, & post latam sententiam divortii, utpote ferri solitam sub hac limitatione: Donec Spiritus sancti gratia dissidentes reconcilietur. Immo potest innocens ad id cogere nocentem: cum sententia sit in merum favorem innocentis, & gravamen nocentis; nec per illam decernatur, ne innocens (qui juri suo non renuntiavit, neque eo privari, citra culpam potest, sed solum exemptus declaratur à jure alterius in ipsum) cogere queat partem adulteram, sed ne ab hac possit cogi. Quòd confirmatur, quia indubiè tenetur adulter reconciliari ante sententiam divortii, id volente innocente: ergo etiam post sententiam, utpote quòd non requiritur quoad totum, & juxta plurimos ne quidem quoad habitationem, & saltem non immutari innocentis.

Dixi in Conclusionem: Potest reconciliari: in rigore enim non tenetur, etsi adulter sit emendatus; ut certum est apud omnes, & clarum ex praxi Ecclesiæ, & expressum c. Admonere 33. q. 2. Et c. De Benedicto 32. q. 1. Et in ipso Evangelio, ubi conceditur divortium absolute & illimitate, ac non tantum in casu contumaciae adulteræ in dicto. Equitas tamen suadet, ut emendato reconcilietur, c. Quod autem 32. q. 1. & c. Si Vir, de Adulteriis. Charitas etiam propria suadet, aut in casu periculi inconsueti, quòd aliis viis innocens superare non possit aut nolit, obligare innocentem possit ad reconciliationem.

Reconciliatio porro sive injuriæ condonatio fieri potest verbis, scripto, nutu

49.

50.

51.

52.

53.

54.



aut facto ipso. Inter facta verò ordinariè censetur signum esse reconciliationis, si certò cor scius & memor adulterii suæ compartis, scilicet sciens se non obligari ad torum, sed posse facere divortium, nihilominus libere consentiat in copulam, præsertim petendo debitum. Idque præiureretur in foro externo. In foro tamen conscientie copula, actusque subordinati non reconciliant, nisi quatenus adsit internus animus reconciliandi & permanendi in consortio conjugali; quo proinde absente, isti actus sufficerent.

**Dico VI.** Ad faciendum divortium quoad torum non requiritur sententia iudicis; ut habet communis & certa doctrina D. Thoma, D. Bonaventura & reliquorum. Ratio est: quia sententia non exigitur ex natura rei, neque etiam ex jure positivo. Negatio quoque debiti est actio privata & secreta; nec habet se per modum pœnæ juridicæ, sed est usus propriæ libertatis in eo, qui solutus est debito, hoc ipso, quod non fuit servata fides conjugalis; quod ipsum erat valuti conditio inclusa in contractu conjugali: sicut usuvenit in aliis contractibus. Accedit, quod vir agnoscens uxorem quam scit adulteram, contrahat eo ipso irregularitatem bigamiæ. Addit Aversa q. 23. sect. 7. quod conjux innocens reddendo debitum, condonaret delictum sibi notum, nec posset amplius in iudicio exigere. Verùm si sententia iudicis esset necessario prævia divortio quoad torum, non posset consequenter redditio debiti interini obligans esse sufficiens signum condonationis in ullo foro.

**Dico VII.** Ad faciendum divortium quoad habitationem, in foro conscientie per se loquendo non requiritur probabilius sententia iudicis, præsertim quando adulterium est notorium. Ita Navarrus, Sotus, Sanchez, Bonacina, Rebellus, Diana & plures alii, contra Aversa sect. 2. & plures, quos citat. Probat: quia in Evangelio iure, & non requisita sententiâ, conceditur seu declaratur facultas dimittendi adulteram, uti etiam in c. Dixit Dominus (quod est sumptum ex Hieronymo in c. 19. Matthei) 32. q. 1. Et saltem in casu adulterii notorii id sumitur ex c. Significasti, de Divortio, ibi: si notorium est mulierem ipsam adulterium commississe, ad eam recipendam (quæ scilicet iam erat à viro dimissa) vir cogi non debet. Vide Rubricam ibidem. Ratio est: quia facultas ista involvit in natura contractus matrimonialis; adeoque sicut ab aliis contractibus, sic & ab hoc quoad torum & habitationem resiliere licet præter auctoritate, dum non servantur conditiones præfixæ. Nec ullo jure præscribitur sententia iudicis. Nam c. Porro, de Divortio, est sermo de divortio quoad vinculum ipsum ratione impedimenti dirimentis affinitatis. Neque

Herincx Sum. Theol. Pars IV.

dispositio ista specialis juris debet extendi ad casum adulterii, in quo vinculum manet, nec datur facultas incundi alius matrimonium.

Quàmvis autem Conclusio potissimum sit vera de adulterio notorio, de quo solo illam admittunt Glossa, Basilus Pontinus, Cavinck & plurimi alii: nihilominus per se loquendo etiam locum habet in adulterio occulto. Nam ratio præallegata etiam hic militat; pars enim innocens solum resilit à pacto mutæ habitationis, uti à pacto ori conjugalis, ob non servatam conditionem. Nec refert, quòd hujusmodi separatio sit res publica: nam similiter publica est separatio servi à domino, & tamen potest alteruter resiliere propriâ auctoritate, si pars non stet conditionibus. Similiter à sponsalibus & aliis pactis potest quis justa de causa resiliere propriâ auctoritate. In casu verò, quo pars reclamat, patet ei via juris quoad probandum defectum causæ, non autem quoad hoc, quod dimissio sit facta indebitè ob non præviâ sententiam iudicis.

Quòd autem scandalum attinet, id pari omnino ratione locum haberet in casu, quo divortium fieret ex consensu occulti adulteri: tunc enim alii quoque admittunt non requiri sententiam, & tamen pariter concurrunt publicitas ipsius separationis, & causa scandali. Cui sicut tunc, sic etiam in casu Conclusionis obviari posset seu deberet. Idemque per accidens locum similiter habere posset in Sponsalibus aliisve pactis publicè celebratis. Etsi autem sententia foret necessaria, quando scandalum grave non posset aliâ viâ evitari, id esset per accidens, nec à nobis negatur. Fateor tamen viam istam esse ordinariè tutiorem, & in foro externo solere exigi sententiam, saltem quando pars contradicit, ac interim manere rem in pristinis terminis.

**Pico VIII.** Facto divortio propter adulterium, certò potest conjux innocens intrare Religionem, aut vivere castitatem. Est expressum in jure c. Agathosa 27. q. 2. & c. Constitutus, & c. Veniens, de Convers. Religionem gat. Ratio est: quia ab obligatione ad hærendi comparti, sive quoad habitationem, sive quoad torum (quæ sola impedit ingressum Religionis, aut statum continentie) est omnino liber. Ob quam rationem poterit etiam vir innocens suscipere sacros Ordines. Vide Sanchez lib. 10. d. 11. Tamen conjux nocens non potest mutare statum ingrediendo Religionem, aut suscipiendo Ordinem sacrum, inconsulto aut invito innocente, nisi is jam statum immutabilem suscepisset: quia non obstante sententiâ divortii, quæ solum est in favorem innocentis, potest nocens ad reditum ac reconciliationem ab innocente cogi; cui proinde fieret præjudicium per mutationem status.

Ecc 3 Cen-

55. Immo est amò sit occultum,

56. Innocens post divortium potest ingredi Religionem aut vivere castitatem,

Aut suscipere sacros Ordines, si sit vir

in vel quomodo in licent conjugati nocenti.



Censetur autem innocens licentiam dare, quando statum mutanti non contradicit, cum facile posset; aut instanter ac sapius monitus, omnino reconciliari recusat. Immo tunc non obstat, quod licentiam ad mutationem status concedere nolle; cum censeretur irrationabiliter invitus. Si verò professio aut ordinatio fuisset sine debita licentia aut consensu facta aut recepta ab adultero, esset illicita, immo professio nulla; uti si innocens sine consensu partis similiter innocentis profiteretur aut ordinaretur. Quare uti, tunc, sic modò Matrimonium esset instaurandum: deberetque mala fide ordinatus debitum reddere, sed abstinere à petendo debito.

57.  
*An compars  
tunc ingredi  
similiter re-  
neatur, vel  
renens  
in saculo  
vovere ca-  
stitatem.*

Dum autem innocens Religionem ingreditur, non debet idcirco pars adultera similiter Religionem ingredi, aut votum castitatis, emittere: hoc enim non præscribitur in causa divortii à jure, sed quando stante illa & integro Matrimonio unus ingreditur Religionem de pura licentia alterius. Quare etiam si innocens licentiam istam daret adultero, adhuc ipsa non teneretur de rigore juris ingredi, aut vovere castitatem, ut advertit Sanchez d. 10. num. 15.

58.  
*Qualiter  
possit conjux  
divertere à  
comparte  
ratione  
scandali.*

Dico IX. Potest conjux facere divortium ratione scandali, quo compars conatur eum trahere ad peccatum. Ita Doctores communiter. Et consonat illud Christi Matth. 18. *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscide eum &c.* Ratio est: tum quia præ aliis obligationibus & humanis commodis debet consulere salutem propriam: tum quia ob id potius debet posse licite divertere, quam ob infectionis corporalis periculum licite divertatur à leproso. Immo stante notabili periculo tenetur recedere. Secus, si moraliter sit satis securus, quod non cadet. Quamquam etiam tunc justè recedere posset: tum quia nimis durum est tolerare tales sollicitationes ad peccatum, tum quia aliquale saltem periculum adest. Neque ibi habet locum reconciliatio, aut condonatio, etiam expressa, vel compensatio; prævalente semper propriæ salutis debito. Sed solum durat ad tempus, donec alter respiscat, sic ut alter satis cautus de non ulteriori sollicitatione teneatur redire; immo nec recedere, si jam ante destiterit à similibus. Nec ulterius tutum est etiam ipsius judicis sententia: quamquam etiam ipsa non requiratur hic ad divertendum, ut fatetur ipse *Aversa*, et si aliter sentiens de adulterio. Huc etiam spectat, si maritus tenter habere copulam illicitam seu sodomiticam cum uxore, durante illo periculo, seu quamdiu vir non emendatur. Immo prædicta copula actu exercita invitâ uxore juxta plerosque sufficit ad perpetuum divortium: et si hoc tamquam non sufficienter probatum neget *Aversa* q. 23.

sect. 1. & alii. Similiter alia copula, quæ fit cum maligna seminis effusione extra naturale vas, & juxta Doctores communis non sufficit ad perpetuum divortium, sufficit saltem ad divertendum, donec vir corrigatur. Sciendum tamen, quod si causa divortii in præsentii proposito solum concernat torum, maneat per se loquendo obligatio cohabitandi.

Dico X. Quando unus conjugum non potest alteri cohabitare sine gravi periculo corporis, v.g. ob morbum contagiosum vel nimiam sævitiam, potest ab eo divertere, quamdiu durat periculum. Ratio est, quia nemo tenetur cum tanto incommodo juri alterius satisfacere. Idem quoad sævitiam deciditur c. *Ex transmissa*, & c. *Litteras*, de *Restit. spol.* Et quæ hoc verum, et si uxor causam sævitie marito detulerit, v. g. per adulterium, ut colligitur ex c. *De benedicto* 32. q. 1. quia adhuc habet jus se tuendi, ne privatis vexationibus crucietur. Quia verò separatio solum permittitur ad vitandam malam tractationem imminentem, non ad ulciscendam illatam, idcirco ob factum præteritum, adhibita sufficienti cautione (quæ vel est juratoria, vel ut plurimum pignoratitia aut fidejussoria, prout circumstantiæ rerum & personarum quædebunt arbitrio prudentis judicis) non potest inchoari separatio c. *Intelleximus*, de *ius filios occiderunt*. Immo indicitur reductus quam primum satis providetur in posterum innocenti, juxta omnes, & habetur c. *Ex transmissa*, & c. *Litteras*. Sæpe tamen injuria jam illata justam præbet causam timoris in futurum, adeoque separationis. Et contra verò, et si non sit illatum malum, sed merito seu rationabiliter timeatur interendum in futurum, licet separatio: cum subsistat illius ratio seu motus. Si denique non possit juxta prudentis judicis arbitrium sufficienti remedio provideri ad sedandam sævitiam conjugis, sive ad superandum justum timorem, est causa divortii perpetui, sive pro toto tempore, quo res ita jacet, juxta omnes, & patet ex c. *Litteras*. Debet nihilominus bene attendi, ne timor sit vanus nec satis fundatus. Ad quem non statim sufficiunt quævis minæ, quas multi facile intentare, difficile vel nunquam exequi solent. Et (ut ait *Zipheus* 24. *Capitulat. Canonic. De Sponsal. & Matrim. Consult. 1.*) experientia indes docet minas terroresque in bono boatu incusso levi maliciâ postmodum considerare, præsertim in Belgis, quibus ejus, quod aliis Nationibus manet altâ mente repostum, amicus unus haustus amnestiam gignit.

Dico XI. Quando alter conjugum labitur in hæresim aut infidelitatem, potest innocens facere divortium, ut patet ex c. *Quæsvit*, c. *De illa*, & c. *Quanto*, de *Divortii*, vortium in hæresim, & c. *Fin. de Convers. Conjug.* Idque non solum



lum quoad cohabitationem continuam, sed etiam quoad torum, ut est certum apud Doctores ex iuribus allegatis, in quibus dicitur saluum manere vinculum. Licet tuncque est divortium juxta Doctores communiter, etiam secluso periculo infectionis, aut contu, quem adhiberet haereticus. Nam absolute separationem concedit Ecclesia, & iuste in poenam peccati de se infectivi concedere potuit. Et quidem non requiritur sententia iudicis, *De illa, de Divortio*; ut etiam fateatur *Aversa q. 23. sect. 9.* secus sentiens de adulterio, etiam minus cohaerenter. Requiritur tamen, ut alter sit contumax, sive non sit emendatus, nec emendari paratus. Unde etiam facta divortio tenetur recipere discedentem ab haeresi, c. *De illa cit.* nisi fuerit separatus iudicio Ecclesiae, prout ibidem statuitur in odium haereticis.

Sed cum tot causas divortii assignaverimus, ipsumque *Tridentinum sess. 24. can. 8. de Matrim.* definiat ipsum variis ex causis ad certum incertumve tempus recte fieri posse: difficultas manet in hoc, quod Christus *Matth. 5. & 19.* non tantum exceperit solam fornicationem, sed insuper exclusit seu interdixit quamlibet aliam causam. Resp. Christum ibi nullam rationem voluisse excludere alias causas, ob quas etiam iure naturae licitum vel obligatorium est se ab alio separare: neque etiam voluisse privare publicam potestatem facultate separandi conjuges ex iura causa, v.g. in poenam criminis. Fecit tamen solius adulterii mentionem, eo quod ipsum per se & ex natura rei sit unica causa divortii absoluti & perpetui, causa inquam, propria & pertinens per se ad ipsum conjugium, cuius legibus propriis spectatis huiusmodi divortium ob illam haeret. Praeter quam potest exurgere causa extrinseca, v.g. haeresis, scandalum, con-

tagio &c. ob quam iure Ecclesiastico vel naturali liceat divertere ad certum incertumve tempus: sive possunt praeterea exurgere aliae causae communes solvendi humanas societates & conventiones, inter quas etiam Matrimonium computatur.

DICO XII. Possunt conjuges ex mutuo consensu se separare, sive ut melius Deo serviant, sive ob aliam honestam causam, idque vel ad tempus, vel in perpetuum: quia nullo iure obligantur uti matrimonio si absit periculum incontinentiae; estque ipsis liberum, etsi maneat in saeculo, uxore castitatem, ut docet *Augustinus Epist. 99.* Quod tamen votum, saltem perpetuum, iis qui invicem cohabitare perseverant, ob periculum incontinentiae ex mutua cohabitatione oriundum, non est facile permittendum, adeoque non nisi cum magna deliberatione, & cum ipsi ex longa experientia compererint, se sine notabili periculo facile ita vivere posse, ut notat *Connex disp. 35. n. 30.*

Potest ut conjux, sive vir, sive mulier, possit intrare Religionem, ultra consensum compartis requiritur, ut ipsa etiam Religionem intret, nisi ratione aetatis non sit suspecta de incontinentia, & tunc in saeculo manens votum castitatis emitat. Patet ex c. *Cum sis 4. & c. Ad apostolicam 13. de Convers. Conjug.* Eadem requiri in uxore, ut possit maritus sacris Ordinibus initiari, docent passim Doctores, & facta consuetudo, ipsaque rei congruentia: quamquam Jus commune expressè id non requirat, sed in c. *Conjugatus, eod. tit.* tantum exigatur, ut uxor continentiam professam virum absolvat. Uxoratus tamen non potest promoveri in Episcopum, nisi uxor Religionem intret, ut expressè statuitur c. *Sano, eod. tit.*

62. Qualiter denique liceat divorcium ex mutuo consensu.

63. Quid ultra consensum comparis requiratur, ut conjux intret Religionem,

Vol suscipiat sacros Ordines, Aut promoveatur ad Episcopatum.

FINIS

CON.



## CONCLUSIO OPERIS.

**H**ic tandem sistendus calamus, quem prudens scriptiōni hujus Summæ Theologicæ admoveram rationibus in Præfatione ejusdem declaratis. Illud tantum addo, conscientia meâ me subnixum & contentum, judicio & amore veritatis, majorisque studiorum utilitatis posuisse quæ potui, neminem tangere voluisse. Errores tetigi non personas, quas non tangit S. Mater Ecclesia. Si tamen secus quis interpretari volet & suspicari, is planè morbo prævæ opinionis laborat. Si etiam à recto fidei tramite deviantibus juxta ejusdem regulam à me dicta displiceant, contemno: quin immo laudi ducō, displicere malis. *Neque enim* (ut præclare dixit Martyr *Cyprianus Epist. 52.*) *possunt laudare nos, qui recedunt: aut expectare debent, ut placeamus illis, qui nobis displicentes, & contra Ecclesiam rebelles, sollicitandis de Ecclesia fratribus violenter insistant.* Verum tamen imbecillitatis humanæ conscius, libenter agnosco, me in multis errare potuisse. Quamobrem desidero in omnibus, non modo benignum Lectorem, verum etiam severum & liberum Correctorem, immo & reprehensorem. *Nullus enim* (inquit *Augustinus l. 2. de Trinit. in Præfat.*) *reprehensor formidandus est amatori veritatis.* Potissimum verò judicio & censura Sanctæ Matris Romanæ Ecclesiæ omnia scripta scribendave cupio esse subjecta: à cujus doctrina & sensu ne ad latum unguem discedere animo fixum semper Deo opitulante manebit.

## F I N I S.



INDEX